6
40-b
27

VITTORIO EMANUELE
6
17 A
53
BIBLIOTECA NAZIONALE

6-40. b. 27

XVIII G. 160 f

Digitized by Google

PETRI GRUTERI
EPISTOLARVM CENTVRIA,

CUM

APOLOGIA EIVSDEM

IN QVA

Inſtituti ratio redditur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Francofurti cis Viadrum,

IMPENSIS JOANNIS THYMII,

Typis Nicolai Voltzii,

ANNO CIↃ. IↃ. CXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

AUGUSTO

PRINCIPI IACOBO ANGLIAE, SCOTIAE, FRANCIAE ET HIBERNIÆ REGI.

POTENTISSIME REX, Centuriam hanc ad Te mitto: opus titulo Martiale, ſed materiâ imbelle. Epiſtolæ enim ſunt, hoc eſt, literæ; atq; ex his, contextus quidam alphabeticus. Milites, inquies, edentuli, & ſine omni malâ malitiâ. Ita profecto eſt: femellæ omnes ſunt, & innocentes Cadmi filiæ. Nemini officiunt, vel laceſſitæ. Hoc uno tamen petulcæ, quod Centurioni ſuo ſæpe cornua obvertunt, ſi male habitæ, male conciliatæ. Quo cautum à me, ut diſciplinæ normâ à perduellione eas arcerem. Bonum factum itaque; bene centuriatæ ad vos eunt, & regni partem ad tranſitum rogant. Caſtrametaturæ autem non niſi in Muſæo tuo;

 in quo

AD LECTOREM.

Libros inſpexi, tam confido quam poteſt,
Me meum obtenturum Regem ridiculis meis.

Quid, inquies, ex peregrinâ merce adfers Gelaſime? Maximam malam rem, catapultas, tribulos, arma, tubas, aquilas. Sed & manipulares bene centuriatos; ne prædam me ex pennatis inhiare cenſeas. Exercitum me hercules non nauci, inquies, cui una lux occaſum feret. Cauſa ry[illegible] m omnes, aut quibus nondum ætas mi[illegible] [illegible] ne ſint; ego faxo ex hoc d[illegible] [illegible]ſui genas radant, & Bellonæ leſſum faciant. Adeo Machæra noſtra,

Miſere geſtit farrum facere ex ho[illegible]s.

At quomodo hoc futurum ne[illegible] niſi quèd cor mihi artem ludicram, [illegible] que in pectus micat. Sciomachiâ ex[illegible] Pyrrichâ me exercui. Sed & nuper

Muſtela murem mihi abſtulit præ[illegible] pedes,
Eum ſtrenuè obſonavit. ſpectat[illegible] hoc mil[illegible].
Nam ut illa vitam repperit hodie [illegible];
Item me facturum ſpero. augurium hoc facit.

Bonum factum itaq;: Centuriam hanc ad aciem duco; & incertam Martis aleam, ſpe bonâ & confidentiâ ſolamur. Nam hodie

Illa militia militatur multò magis quàm pondere.

Nec me movent hâc militari viâ tot imagines

Majorum, & ſtantes in curribus Æmiliani.

Lipſius, inquam, & Eraſmus, quorum toties repetiti triumphi, omne laudis culmen habent. Nobis ſpicilegium ſatis eſt: ſi quod tamen à meſſe hac ſuperat. Quanquã neq; has adeò ſpicas moramur; dum vel ſtipulæ ſuperſint, quibus ſubinde languenti huic animo facem lucere queam. Hæc votorum ſumma; nec iniquum angario. nam, ut inquit Plautus,

Pro re nitorem, & gloriam pro copiâ
Qui habent, meminerint ſeſe unde oriundi ſient.

Neq; plura præloquor; hoc tantum, ut ſi non laudi locus, ſaltem veniæ ſit, quod infelices has Cadmi filias, ne indotatæ & illocabiles domi ſederent, in pergulâ proſtitui. Sine malâ malitiâ hoc factum; & cum ſyngrapho in futurum pœnitentiæ, aut melioris induſtriæ. Vale Lector.

PETRI

PETRI GRV-TERI CENTVRIA EPIST.

EPISTOLA I,

ILLVSTRI VIRO IOSEPHO SCALIGERO

Jul. Caſ. filio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SUſpenſa manu nuper ad te ſcripſi, vir illuſtris Joſephe Scaliger. Et quia fato ſuo defunctæ literæ noſtræ, has ſuperaddere ſtatui. Summa votorum eſt, quemcunq; animi mei cultum declarare; ne inter tot gratulantium voces, ſolus ſim ſilentij reus. Atque alij alijs ſublimius hoc factitarunt; ut tot jam annis poſteritati tuæ interfueris, & gloriæ etiam ſupervivas. Me verò mea ingenuitas ſimplicitatis commonefacit. Unde brevior, & minori apparatu, mea prodit oratio. Et tu quidem, vir illuſtris, ſoles ad deorum exemplum, de animo tantum cenſuram ferre.

Nec enim leve præmium laudes optas, in faſtigio earum poſitus; nec ijsdem ultra eges, cum omnes omnium excedas. Iraque eâdem nunc exilitate me experior, quâ ante; nec ut ille ait, de eodem jugo diverſa dico. Paucis, inquam, ſed ab intimo candore productis ſyllabis, te compello; & precor, ut verecundiæ noſtræ ignoſcas, quam & coram ſilentio magis, quam voce ſum teſtatus. Quo nomine obſtrictum me agnoſco; quod tam benigniter paſſus es officia tua interrumpi, *in quæ incidere*, ut inquit ille, *ne quidem Catoni licet*. Si quid ergo ad debiti decrementum facere putabis, ad omne obſequium, promtum me præſto. Nec enim fide & diligentiâ, ulli tuorum conceſſero. De reliquo? nuper neſcio, quæ inſania me inceſſit. De epiſtolarum enim editione molimur. Quid, inquies, poſt Lipſium & Eraſmum? Audacter equidem; ſed tamen ad laudes meas minus avide. Obſcuritas mea, aliorum claritati faciet. Quæ mihi mens, ut velle me oſtendam alios poſſe. Quis autem in publicâ viâ, hunc curſum mihi invideat, aut culpet? Cum quivis angulus ad portum laſſo ſufficiat. Neque enim de palmâ mihi certamen, ſed de diligentiâ; quæ etiâ in medio itinere ſuas laudes habet. Sunt tamen & rationes privæ, quæ ad conatum ta-

lem

lem non ducunt, ſed trahunt: quas premo. Utinam te Cenſore frui datum! Sed valetudo vetat, & ſublimis tua eruditio, quæ vix ſeſe ad ſordes tales inclinat. fateor, æquabilem me; parum enim poſſum, parum præſto. Attamen guſtum fortaſſis aliàs, alij miſſus explebunt. Nam hæc culinæ noſtræ exuerræ ſunt. Vale illuſtriſſime vir, Joſephe Scaliger, & me devotum nomini tuo ſuſcipe. Middelburgi, XIV. Kal. Decemb. ∞. I Ↄ C. VIII.

EPISTOLA II.

Clariſſimo Viro

DOMINICO BAUDIO.

NUſquam meliori damno frons ponitur, inquit ille, quam in compellandis viris doctis, clariſſime Baudi. Quo factum ut coram, tam promtè fores tuas laceſſiverim; certus importunitati locum fore, apud eum qui totus candor, imò lux. nec me fefellit lucrum. A doctrina enim tuâ cultior, à benignitate fertilior abivi: quæ utraq;, eloquentiâ tam rarâ condiebas, ut abſenti deſiderium tui relinqueres. itaque & impudentia mihi per vices aucta te compellandi; culpa nonnullâ tuâ, qui tam prodigus in omni genere beneficiorum. Sed & occaſio invitabat

tam præſentis beatitatis; quàm menſurâ loci modica, nanciſci coràm datum. Nunc multæ nos terræ & aquæ ſejungunt; quibus tamen nullum, in eluendo crimine, jus eſſe literæ noſtræ declarant. Hæres nempe coanimis mihi; & niſi termino dividente publicum à privato, morte ſeparandus. utinam par nobis pro voluntate copia! breve hoc curriculum ſolaremur ſeria gratitudine, nec verbis tàntum probanda. Sed affluentia tu tuâ beatus es; nobis hinc ferre una neceſſitas, ut debito magis etiam obſtringamur. Quod ideò te moneo, ut audaciæ noſtræ veniã, non ſolum à candore tuo, ſed exilitate etiam noſtra, in poſterum largiaris. Cujus catalogũ, ad memoriæ perennitatem, literis hiſce conſignamus. interim tamen, ſicubi ab animo noſtro experimentum voles, pro occaſione & materia parili, promtum dabitur. Literas ad N. miſi; lituras vani iſtius rumuſculi, & non traditis meis. Gratias illi debeo, pro cenſura mei. Nam profuſas laudes, & Plautinas phraſes negat ferre N. Sed an tricas? tu videris, qui propius eum noſti. Ego certè ſcio, nullam inſignem eruditionem cadere in impurũ animum. Sed & quas ad te miſi, lumbifragium paſſæ. Adeò ſemper aliquod malum propter vicinum malum. Nam quid in illis, aut
ab

ab Evandro petitum, aut caſcum? oculorum hoc tibi judicio clarum. Ego candide ſemper, eo magis ſi ad amicitiam compellandi occaſio quæratur. Quod factum infortunatis illis literis. Malè itaque in poſterum ſit Plauto, ſi hoc à latinitate ejus fœnus datur. De typographia idem mihi animus; minus tamen ardens hac affuſa frigida. Nam reptamus, tam ſiniſtro gloriæ augurio. ſuperant tamē à te ſerperaſtra oblata. Quæ identidem recogito, & me devinctum tam gratuito officio, agnoſco. Vale vir clariſſime, & me ama. Illuſtriſſimo viro Joſ. Scalig. ſalutem offer meo nomine, ſi dabitur occaſio. Middelburgi xv. Kal. Decemb., ∞. Iↄ c. viii.

Epistola III.

N. N.

In trivio ſum, mi N. & quia anxium me facit ſeligendi optio, tu me dirige. Pro eruditione enim potes, pro candore voles. Literas nuper ad clariſs. viros Scaligerum & Baudium miſi, te tabellione uſus. Ab utroq; per te mihi ſalus, & gratiæ redditæ. Ergo fidem tuam quis culpabit, quod non tradideris, aut ſortem quod non acceperis? nemo auſit qui vel N. propius inſpexit, aut intervalla aſpexit, attamen nec Scaligero quicquam de literis

pigeat. Fateor de viliori me luto; ſed qui minus me, in talium fabrorum poteſtatem tradam? quorum exemplo, ſcripto & voce cultiorem abire licet. Sed de laudibus premo, ne in eundem ſcopulum impingam, in quem olim. Quanquam quid pecco? Si aliorum veſtigijs inſiſtam; laudis veræ, ſinceræ, nec aucupio obnoxiæ. Si verbis Plautinis hoc effeci, etiam à culpa abſum; quod latinis, & apud eos, quos antiquitas delectat. Laudem tamen hanc vix admitto, & ſi vitium dicendum, nec deprecor. Utinam preſſius ſequi datum, nitorem illum Atticum; & verborum proprietatem! ſic enim cenſeo, & in una porticu ſum cum Lipſio (*in epiſtolica*) ſuperare Plautum, *Omnes qui in Græcia aut Latio imbuerunt chartaceum hoc æquor.* Sed alia alios trahunt: mihi quævis imitatio proba, vel diligentiæ nomine, quam teſtatur. Cacozelia omnis vitanda; ſed excuſanda tamen apud benignas mentes. *Nam in omnibus fermè ante eſt ſpei rudimentũ, quàm rei experimentum*, ut inquit Apulejus. Si opus, anxietates quorundam & nobis notare liceat, horum in argutiolis, illorum in ſententiolis. Sed *nemo curioſus qui non malevolus.* itaque labori parco; quod genium cuiq; ſuum mutare difficile & operoſum; quandoque & invidiæ ſpecimen habeat. A

quâ

Digiti[illegible]

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

AUGUSTO PRINCIPI IACOBO ANGLIAE, SCOTIAE, FRANCIAE ET HIBERNIÆ REGI.

POTENTISSIME REX, Centuriam hanc ad Te mitto: opus titulo Martiale, ſed materiâ imbelle. Epiſtolæ enim ſunt, hoc eſt, literæ; atq; ex his, contextus quidam alphabeticus. Milites, inquies, edentuli, & ſine omni malâ malitiâ. Ita profecto eſt: femellæ omnes ſunt, & innocentes Cadmi filiæ. Nemini officiunt, vel laceſſitæ. Hoc uno tamen petulcæ, quod Centurioni ſuo ſæpe, cornua obvertunt, ſi male habitæ, male conciliatæ. Quo cautum à me, ut diſciplinæ normâ à perduellione eas arcerem. Bonum factum itaque; bene centuriatæ ad vos eunt, & regni partem ad tranſitum rogant. Caſtrametaturæ autem non niſi in Muſæo tuo;

 in quo

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Libros inſpexi, tam confido quam poteſt,
Me meum obtenturum Regem ridiculis meis.

Quid, inquies, ex peregrinâ merce adfers Gelaſime? Maximam malam rem, catapultas, tribulos, arma, tubas, aquilas. Sed & manipulares bene centuriatos; ne predam me ex pennatis inhiare cenſeas. Exercitum me hercules non nauci, inquies, cui vna lux occaſum feret. Cauſarye [illegible] m omnes, aut quibus nondum ætas m[illegible] [illegible] nec ne ſint; ego faxo ex hoc d[illegible] ſui genas radant, & Bellonæ leſſum faciant. Adeo Machæra noſtra,

Miſere geſtit fartum facere ex h[illegible]s.

At quomodo hoc futurum ne[illegible] niſi quèd cor mihi artem ludicram, [illegible] que in pectus micat. Sciomachiâ enim [illegible] Pyrrichâ me exercui. Sed & nuper

Muſtela murem mihi abſtulit præ[illegible] pedes,
Eum ſtrenuè obſonavit. ſpectat[illegible]a hoc mil[illegible].
Nam ut illa vitam repperit hodie [illegible],
Item me facturum ſpero. augurium hoc facit.

Bonum factum itaq; : Centuriam hanc ad aciem duco ; & incertam Martis aleam, ſpe bonâ & confidentiâ ſolamur. Nam hodie

Illæ militia militatur multó magis quàm pondere.

Nec me movent hâc militari viâ tot imagi-
nes

Majorum, & ſtantes in curribus Æmiliani.

Lipſius, inquam, & Eraſmus, quorum toties repetiti triumphi, omne laudis culmen habent. Nobis ſpicilegium ſatis eſt : ſi quod tamen à meſſe hac ſuperat. Quanquã neq; has adeö ſpicas moramur ; dum vel ſtipulæ ſuperſint, quibus ſubinde languenti huic animo facem lucere queam. Hæc votorum ſumma ; nec iniquum angario. nam, ut inquit Plautus,

Pro re nitorem, & gloriam pro copiâ
Qui habent, meminerint ſeſe unde oriundi ſient.

Neq; plura præloquor ; hoc tantum, ut ſi non laudi locus, ſaltem veniæ ſit, quod infelices has Cadmi filias, ne indotatæ & illocabiles domi ſederent, in pergulâ proſtitui. Sine malâ malitiâ hoc factum ; & cum ſyngrapho in futurum pœnitentiæ, aut melioris induſtriæ. Vale Lector.

PETRI

PETRI GRV-
TERI CENTV-
RIA EPIST.

EPISTOLA I,
ILLVSTRI VIRO
IOSEPHO SCALIGERO
Jul. Cæſ. filio.

SUſpenſa manu nuper ad te ſcripſi, vir illuſtris Joſephe Scaliger. Et quia fato ſuo defunctæ literæ noſtræ, has ſuperaddere ſtatui. Summa votorum eſt, quemcunq; animi mei cultum declarare; ne inter tot gratulantium voces, ſolus ſim ſilentij reus. Atque alij alijs ſublimius hoc factitarunt; ut tot jam annis poſteritati tuæ interfueris, & gloriæ etiam ſupervivas. Me verò mea ingenuitas ſimplicitatis commonefacit. Unde brevior, & minori apparatu, mea prodit oratio. Et tu quidem, vir illuſtris, ſoles ad deorum exemplum, de animo tantum cenſuram ferre.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nec enim leve præmium laudes optas, in faſtigio earum poſitus; nec ijsdem ultra eges, cum omnes omnium excedas. Itaque eâdem nunc exilitate me experior, quâ ante; nec ut ille ait, de eodem jugo diverſa dico. Paucis, inquam, ſed ab intimo candore productis ſyllabis, te compello; & precor, ut verecundiæ noſtræ ignoſcas, quam & coram ſilentio magis, quam voce ſum teſtatus. Quo nomine obſtrictum me agnoſco; quod tam benigniter paſſus es officia tua interrumpi, *in quæ incidere*, ut inquit ille, *ne quidem Catoni licet*. Si quid ergo ad debiti decrementum facere putabis, ad omne obſequium, promtum me præſto. Nec enim fide & diligentiâ, ulli tuorum conceſſero. De reliquo? nuper neſcio, quæ inſania me inceſſit. De epiſtolarum enim editione molimur. Quid, inquies, poſt Lipſium & Eraſmum? Audacter equidem; ſed tamen ad laudes meas minus avide. Obſcuritas mea, aliorum claritati faciet. Quæ mihi mens, ut velle me oſtendam alios poſſe. Quis autem in publicâ viâ, hunc curſum mihi invideat, aut culpet? Cum quivis angulus ad portum laſſo ſufficiat. Neque enim de palmâ mihi certamen, ſed de diligentiâ; quæ etiã in medio itinere ſuas laudes habet. Sunt tamen & rationes privæ, quæ ad conatum talem

lem non ducunt, ſed trahunt: quas premo. Utinam te Cenſore frui datum! Sed valetudo vetat, & ſublimis tua eruditio, quæ vix ſeſe ad ſordes tales inclinat. fateor, æquabilem me; parum enim poſſum, parum præſto. Attamen guſtum fortaſſis aliàs, alij miſſus explebunt. Nam hæc culinæ noſtræ exuerræ ſunt. Vale illuſtriſſime vir, Joſephe Scaliger, & me devotum nomini tuo ſuſcipe. Middelburgi, xiv. Kal. Decemb. ∞. I ɔ c. viii.

Epistola II.

Clariſſimo Viro

DOMINICO BAUDIO.

Nuſquam meliori damno frons ponitur, inquit ille, quam in compellandis viris doctis, clariſſime Baudi. Quo factum ut coram, tam promtè fores tuas laceſſiverim; certus importunitati locum fore, apud eum qui totus candor, imò lux. nec me fefellit lucrum. A doctrina enim tuâ cultior, à benignitate fertilior abivi: quæ utraq;, eloquentiâ tam rarâ condiebas, ut abſenti deſiderium tui relinqueres. itaque & impudentia mihi per vices aucta te compellandi; culpa nonnullâ tuâ, qui tam prodigus in omni genere beneficiorum. Sed & occaſio invitabat

ab Evandro petitum, aut caſcum? oculorum hoc tibi judicio clarum. Ego candide ſemper, eo magis ſi ad amicitiam compellandi occaſio quæratur. Quod factum infortunatis illis literis. Malè itaque in poſterum ſit Plauto, ſi hoc à latinitate ejus fænus datur. De typographia idem mihi animus; minus tamen ardens hac affuſa frigida. Nam reptamus, tam ſiniſtro gloriæ augurio. ſuperant tamē à te ſerperaſtra oblata. Quæ identidem recogito, & me devinctum tam gratuito officio, agnoſco. Vale vir clariſſime, & me ama. Illuſtriſſimo viro Joſ. Scalig. ſalutem offer meo nomine, ſi dabitur occaſio. Middelburgi xv. Kal. Decemb.. ∞. IↃ C. VIII.

Epistola III.

N. N.

IN trivio ſum, mi N. & quia anxium me facit ſeligendi optio, tu me dirige. Pro eruditione enim potes, pro candore voles. Literas nuper ad clariſſ. viros Scaligerum & Baudium miſi, te tabellione uſus. Ab utroq; per te mihi ſalus, & gratiæ redditæ. Ergo fidem tuam quis culpabit, quod non tradideris, aut ſortem quod non acceperis? nemo auſit qui vel N. propius inſpexit, aut intervalla aſpexit, attamen nec Scaligero quicquam de literis

pigeat. Fateor de viliori me luto; ſed qui minus me, in talium fabrorum poteſtatem tradam? quorum exemplo, ſcripto & voce cultiorem abire licet. Sed de laudibus premo, ne in eundem ſcopulum impingam, in quem olim. Quanquam quid pecco? Si aliorum veſtigijs inſiſtam; laudis veræ, ſinceræ, nec aucupio obnoxiæ. Si verbis Plautinis hoc effeci, etiam à culpa abſum; quod latinis, & apud eos, quos antiquitas delectat. Laudem tamen hanc vix admitto, & ſi vitium dicendum, nec deprecor. Utinam preſſius ſequi datum, nitorem illum Atticum; & verborum proprietatem! ſic enim cenſeo, & in una porticu ſum cum Lipſio (*in epiſtolica*) ſuperare Plautum, *Omnes qui in Græcia aut Latio imbuerunt chartaceum hoc æquor*. Sed alia alios trahunt: mihi quævis imitatio proba, vel diligentiæ nomine, quam teſtatur. Cacozelia omnis vitanda; ſed excuſanda tamen apud benignas mentes. *Nam in omnibus fermè ante eſt ſpei rudimentũ, quàm rei experimentum*, ut inquit Apulejus. Si opus, anxietates quorundam & nobis notare liceat, horum in argutiolis, illorum in ſententiolis. Sed *nemo curioſus qui non malevolus*. itaque labori parco; quod genium cuiq; ſuum mutare difficile & operoſum; quandoque & invidiæ ſpecimen habeat. A quâ

qua quàm ſim averſus, ille ſcit, qui nil non ſcit, & occulta quæque data occaſione promit. in quo acquieſco, certus ſuam cuiq; virtutem, vel eſſe vel adcenſeri. Interim mi N. te amo & veneror, ob cenſuram tuam: & ut apertius hoc ſine metu offenſæ facias, hortor & moneo. *Nemo æque reprehendi optat, quàm qui laudari.* Et ſcis apertas tibi datas meas, ut judicio utereris aut emendandi, aut amandādi. ſed verecundiam tuā excuſo, quod admœnire per cuniculos volueris. virtus tamen aperto Marte magis laudanda. Et ut etiam in nos arietes, eſt ubi veniam & laudem habiturus. Vale clariſſime juvenum, & me ut dignus, ama. Middelburg. xv. Kalend. Decembr. ∞. IↃC. VIII.

EPISTOLA IV.

HUBERTO STEENGRACHT *Conſiliario.*

PReces Jovis eſſe filias, prudens antiquitas commenta eſt, Vir Ampliſſime; hoc argumento, quòd nemo niſi per has votorum compos abeat. Nam quod invigilare dormientibus Deos ille dixerat, ut periculoſæ ſecuritatis ſpectamen, ſæpe damnatum fuit. In re mea non hoc abſimile. Toties enim foribus

bus tuis rogator adſto, Vir Ampliſſime: ſed benignitatem tuam culpa, quod ad redeundi vices tam promtus. Agnoſco gratuitum: & nullâ litura memoriam hanc delendam, nullo obſequio explendam. Quo æquum fuit, ut levi calamo hoſtimentum darem, cum nullum, quo pariare liceat, pondus adſit. Attamē futura a Deo pendent; & rependendi vices, ſæpe fortuna largita eſt, quas prudentia negavit. Ita in futurum tibi devinctos hoc ſyngrapho teſtamur utut, inquam, fors cadet, animo & ſub haſta tuum. Unicum tamen emenſis addo; & ut debito magis etiam obſtringar, epilogum ſupplico. Præſto inquis eſt; & unius tribunalis res. Gaudeo expeditum, & tanquam ad umbilicum tractum opus Utinam meliori omine quam olim! nam viritim iterum ad ſyngraphum ſuffragia colligenda. Cogenda, inquam, tot capitum diſcrimina, tot in unum odia ſine caduceatore conciliandа. *Emortua is* hic mihi *dies*: ferendum tamen omne ab æquitate arbitrium. Peccata ſic ſæpè Deus punit & ad beata trahit per tranſennam etiam obliquâ Ego interim quid? preſsius velim cauſæ fundamentum conſiderari. Et ut pax ſtabiliatur, altrinſecus quid à re noſtra imminui. Nam ad Recuperatores denuò cogi, mali exempli

res

res ſit, mihi etiam in præjudicium famæ abitura. Ego n. extemplo fundi calamitas, ſuffragio publico: & quidquid delirabit antagoniſta aliquis, ego Achivus plectar. Ut itaq; navi huic ſalus, quicquid ſaburræ aureæ, ejici & Neptuno tradi optem. Niſi aliter tibi viſum: in cujus arbitrium & curam gubernacula tradita; quo ductore portum tangere, jam diu maritimis modis agitato, dabitur. Ita nos ſalus ſervet! Vale Vir Ampliſſime, & me tibi commendatum habe. Middelburgi, VIII. idus Novemb. ∞. I Ɔ C. VIII.

EPISTOLA V.

Viro Magno & Clariſſ.

ISAACO CASAVBONO.

TRiennium eſt, vir magne, Iſaace Caſaubone, ex quo regionum illud cor, Galliam peragravi. In quâ etſi funeſta alibi facies, belli appendix, alibi tamen beatæ pacis gloria ultrò ſeſe obtulit. Quâ judicij varietate diſtinctum iter, ſolatio fuit; quod prolixitate ſui, & fervore hiemis cæteroqui tædium habebat. Atque inter hæc viarum commoda, unum etiam prævaluit, quod florere in ea culturam literarum tam recentibus Bellonæ veſtigijs animadvertere. Quare in ſpem accu-

adducebar, vel unius Minervæ ope omnia ſarta tecta fore; quorum vaſtities calamitoſo ævo invecta fuit. Et felices animæ, inquam, quibus caducæ huic proli Levanas eſſe datum eſt! Tu, inter primos, Vir Clariſſime, cujus divinis ſcriptis, ſalus & æternitas tam irreparabili damno conciliatur. Sed de laudibus ſuperſedeo: hoc unum tantum, maximæ felicitatis cumulum fuiſſe, ex itinere me deflectentem in amplexus tuos iviſſe; & famam illam, quam vix orbis capit, tam anguſto corporis limine clauſam vidiſſe. Ac gratias quidem debeo non parvas doctiſſimo juveni Aizingæ, cujus manu tanquam proxenetæ ad tantas opes penetrarim: tibi verò, vir humaniſſime, immortales, quod participare eas coram tam benigniter dignatus ſis. Ac referendi quidem vices penes Deum ſunt. Nobis familiaris penuria; hoc unico tamen larga, quod profundere laudes liberiori alveo concedatur. Quod etſi ſapienti vile præmium, ut ille ait, non tamen leve candidi affectus indicium: quo tanquam pyramide memoriam æternitati conſecratam volo. Tuum eſt, vir humaniſſime, votum agnoſcere; & exilitatem noſtram tuâ affluentiâ ſarcire. Quod facere te vel ſponte non dubitamus; quæ tua eſt humanitas. Quæ cauſa eſt, ut ſilentio hactenus liberius uſi ſi-

 mus;

mus; etſi tabellionum quandoq; perfidiâ aut inopiâ coacti. Pauci ad vos commeant; neq; horum ſemper facultas aut opera nobis in promtu. Quicquid ſit, ſilentio nullum in humanitatem jus eſt Quin colloquor etiam ſubinde, in ſcriptorum tuorum ſymbolum admiſſus. Quorum præſentiâ tot locorum intervalla compenſare cœlitus datum eſt. Perge itaque vir maxime, hac imagine porro nos beare, cujus archetypum coram admirati ſumus: & potiorem tui partem ad nos mitte, qua ipſo corporis ergaſtulo ſolutus, poſteris etiam viſendus eris, gloriâ æternâ. Nos ægrorum nœniæ diſtringunt. Quorum tamen opera (joco venia ſit) apud inferos non ſumus immemorabiles. Nam præter lucellum, quod & ipſum ſæpè fugax, nihilo beatiores. Ambagibus enim nobis ævum perit, & ſi Muſis quid dandum, Summano nobis litandum. Conturbavi tamē aliquid ſuccifivi temporis, quod in Epiſtolarum miſſum impendimus. Silicernium verius dixeram, in quo ſolens eſt pro arborario ſuo, *Vale.* Rem, inquies, monumento indignam. fateor; vadum tamen tentantibus non importunam. Nam futuræ pugnæ augurium velites hos præmittimus, ad triarios ſuo demum ordine & neceſſitate deventuri. Milites, inquies, non nauci; atque ubi

tota

tota cohors non eſt pede longior uno. neque ego quidem ferox ob hoc imperium; niſi ubi *hominum volaticorum* myriades non incerta martis alea conſternendi. Ut ſerio loquar, *ad populum provoco*; cujus judicio ſi prober, beatus ſum. De pace noſtra, jam audiſſe vos puto: ea decollavit. Induciæ crurifragium minantur; niſi quod à peregrinis ſerperaſtra adhuc ſubminiſtrentur. fortunatos profecto Belgas, quibus alieno judicio ſuum alere datum! Quanquam felicitas etiam ſocios habere pœnarum. attamen libertas nobis & pileum offertur; ſed ut raſo capite hoc fiat, metus eſt.

Meliore eſt opus auſpicio, liber perpetuo ut ſiem, inquit Meſſenio. Deus ille ſcit, quo hæc tam nova tam inaudita tendant. Vale vir maxime, & leve hoc affectus indicium boni conſulas rogo. Middelburgi Kalend. Decembr. ∞.IↃC.VIII.

EPISTOLA VI.

Clariſſimo Viro

Hiſtoriarum Profeſſori

ERYCIO PUTEANO.

SÆPE *jam in multis locis plus inſciens quis facit quam ſciens boni*, Clariſſime vir Eryci Puteane. Hoc

ne. Hoc adeò verum eſſe, jam argumentum dabo. Nuper ſolens more meo, thecam librariam perluſtro: attendo quid Cadmi illæ filiæ quotidie novi parturiant. ibi Lucina annuente fætura nobis offertur: cujus ſtaturam faciei dum exploro, aut Puteani inquam hæc eſt, aut me fallit fatale carmen. At preſſius natalitia inquirenti titulus adeſt, Erycij Puteani in obitum Lipſij. Quo in limine non diu moratus, pedem vel in diætam penetro. ubi Puteanum meum ex Lipſiana cathedra Dictatorem video: cum magno omnium applauſu; maximo meo, cui datum ex intervallo cor illud gratiarum amplecti. Gratulor ergo, gratulor mihi ob redditum amicum, tibi ob dignitatem auctam. Quod eò ferventius facio, quia animo mihi ſemper augurium felix oberravit: & coram ſæpe & per literas voto expreſſerim. Macte hac adorea; ad quam virtus tibi aditum molita eſt, eruditio ſtimulos dedit, fortuna nonnihil adſpiravit, ut tanto præceptori tantus diſcipulus ſuccederes; & ex eodem loco fœnus redderes, ex quo theſaurum collegeras: Jam quanti intereſt, in patria hoc facias an peregre? inter amplexus enim tuorum es; ubi vel animam effudiſſe ſolatio eſt, nedum jucundè vitâ agere, & vel agendi modum præſcribere. Etſi verò quævis tellus viro forti

forti patria eſt; hæc tamen quæ lucem, cunas, crepundia, ſerperaſtra dedit, auro contra eſt: in qua dulces elementorum reliquias ferulā, & peractæ diſciplinæ palmam, infulas & inſignia reviſere datum. Denique quod caput rei eſt, in qua honos Muſis elegantioribus. In quo Belgium præpono, nec impono, omnibus quotquot ſeneſcentium literarum curam regiones habent. Utinam in magna illa lectiſſimorum juvenum corona Puteanum meum videam! audiam in pergula, ex qua didicit docentem, & diſcentem quæ docere poſſit! Nam ego quidem perſuadeor, ad ſtimulum loca facere: hæc præſertim in quibus olim Princeps rei literariæ Lipſius ſupremum dixit. Utinam inquam videre ea liceat quorum jam auritus ſaltem teſtis! Sed vovere id magis quā ſperare licet: adeò infauſta omina quotidiè nos intervertunt. Nam de pace quod non neſcis; ea decollavit. Sed & induciæ ad incitas eunt, niſi ſupremus ille Caduceator adſit, & ſalutarem manum præbeat. utut tamen fors cadet, tu Puteane, noſter es; neque quicquam diribitori iſti infauſto Marti, in rem noſtram familiarem licebit. Quin ibo ad te identidem vel Vialibus invitis literarum hoc vehiculo, vel impedito calami itinere, levi cogitationis ala. Tu paria facias rogo, qui vel ſuperare

B 3 olim

BIBLIOTECA ... ROMA

olim voluiſti; quæ tua eſt humanitas. Debeo, debeo, hoc nomine; neque hoſtimentum verbis addo, quod ponderare ſatis interno ſenſu officium nequeam. Memoria tamen hæret intimis medullis; nec intervallis aut fugaci ævo obliteranda. Quinquennium eſt, quod Italiam reliqui; ſed & meipſum in ea. Nam corpore ſejunctus potiore mei parte præſens, ad colloquia veſtra ſæpe ſum reverſus. Quæ inhiare me faciunt amoris nectare ita plenos. Breviter dicam, peregre domeſtici ſumus, domi peregrinamur. Sed neſcio quo fato vincula injecta, quæ vianti mihi malam ſcævam obijciunt. Uxorem enim duxi, quæ me viciſſim ductitat mellinijs verborum, & quaſi clavo adamantino cineri noſtro affigit. Hæremus tamen & volentes; quod dulce hoc admodum ſit muliebre imperium, & hæres etiam catenas non ſingularias nectat. Nam civi fœmina Zelandiam auxi: ut jam *Urbium* agnoſcas. Etſi ante triennium N. noſtra Deo niſa *in communem locum* migravit. Hoc uno felix quod

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum.

Et patre meo ſatellite; qui jam annis plenus hanc comitem ad beata duxit. Atque unà utrique exequias ivimus, parentavimus, & *Vale* diximus. Itaque vel horum manes, ma-

nere;

nere; aut de viatico fatalis hujus itineris cogitare ſuadent. Sed & ratum ſit, perluſtraſſe Italiam, Germaniam, Galliam, & Angliam. Quo majus nil vel ambitioſo, quique in vanâ hac Geometriâ ſummam ſtatuit. Quanquam & miſerrimam hanc Scytharum vitam ipſe fateberis; ut quæ præter inanias & araneas nil domum refert. Quando interim flos ævi & ætatis perit; quem in œconomia illâ Muſarum impendiſſe æquius erat. Ego ſic cenſeo, prudentiæ forte aliquid adferre tot mores hominum vidiſſe; at quam ſæpe tanquam viſco obhærent prava illa, & quæ in rempublicam vix ſine ignominiâ transferas! Ut ſæpe diligentia majori dediſcendi, quam olim addiſcendi, opus ſit. In ſtudijs autem, nil ſedentaria illâ vitâ fructuoſius, nequis mihi hamaxobios in Muſarum hæc caſtra admittat, in quibus ſtataria omnis pugna, nulla velitatio. Expertus loquor; & ſeriâ ſæpe pœnitentiâ tam varios diſcurſus damno. Attamen pertinaciâ ſtudiorum effeci, ut minus pungant tot naufragij mei tabellæ; quas vel in ſtimulum mihi propono. Ad Medicinam enim poſtliminio reverſus, ad Doctoralia aſcendi; nec iniquo adeo paſſu incedo cum illis, quibus tenor ſtudiorum non interruptus cœlitus datus. In praxi verò felix adhuc initium:

quod etſi frigere omnibus, futuræ tamen meſſis ſpe foveri ſolet. Unum doleo, ſalaria illa Italica lauta & pollucibilia nobis deeſſe; qui tamen ex medijs ſalinis ſal habemus. Nam à ſigillo publico, vix noſtro cœtui ſumus auctior. Sed an Empanda veſtra Neptuno noſtro liberalior? Si ſciam nulla mihi ad tranſiliendum pertica opus. Neque enim ſemper ſalem elingere ullum nos ſacramentum tenet. Hujus fac me juxta tecum gnarum: ut & de Comite ab Altemps & Galera, vivitne ac valet uſque? Nam jucundum mihi vel cogitando redire in amplexus illius; in quibus beatam vitam egi, hoc ipſo beatus quod egi. Gloriæ enim imputo, tanta humanitate Comitis uſum, ad quam adſpirare vix verecundi ſit. Meminiſti, mi Puteane, vel ex collatione, ſi paria feceris; qui in eodem loco olim fuiſti. Quanquam morum forte ſimilitudo arctius nos vinxit; quod in te major eruditio ſupplebat. Sed de eo alias, & fortè publicè. Nam Centuria Epiſtolarum ad prælum iter parat. Brevi niſi fallor ad te itura: ut videas

Quantum diſtet ab Inacho
Codrus pro patria non timidus mori.

Audax facinus, inquies, poſt Lipſium; addo & poſt Puteanum. Fateor; vobis laus debetur, mihi venia ſufficit, qui celocem hanc ad explo-

explorandum vadum præmitto, & ſi alcedonia, melioris mercis corbita, vialibus litat. Te obteſtor, mi Puteane, ut largienti linguâ ignoſcas; aut ſi pœnas debeo, paria facias. Scribas, inquam, quid tibi, quid uxori, quid Academiæ veſtræ agatur. Itaque ſilentij tam pertinacis damna literarum fœnore compenſabimus. Vale vir clariſſime Eryci Puteane, & me amare perge. Middelburgi, Kal. Decemb. ∞. I϶ C. VIII.

EPISTOLA VII.

Illuſtriſſimo Principi

PHILIPPO, LANDGRAVIO

Haſſiæ, &c.

ILLUSTRISSIME PRINCEPS, ſeptennium eſt, niſi me fallit calculus, ex quo bonis avibus in Italiam appuliſti; ex collatione viſurus quas delicias & elegantias regina hæc terrarum haberet, præ Germania veſtra. Atque inveniſſe ſententia eſt; quædam illi peculia, quædam communia aliis: non pauca, quæ Germania magis comta & commoda habet; multa denique quæ ſine participio ſola & ſolida poſſidet. Sed fama hoc effecit, & judiciorum quorundam temeritas aut ſtupor,

ut omnium bonorum cornucopia in unum hunc angulum concenturiata videatur. Itaque multi undiq; terrarum, ad hoc tanquam emporium vel Mercurio invito concurrunt. Nec plebei tantum aut pedanei, ſed ex ſublimiori ſubſellio etiam ſummates: qui Abronis illam pollucibilem, pauperrima hac Hecalis vita commutare ſuſtinent; ne quaſi ſatietate langueſcat. Serio dico, cum nemo jam exiſtat, qui non ante omnigenorum artificum, ex theatro orbis tanquam fonte, collicias domi ſuæ habeat; quibus ſuos quisque hortulos abunde irrigare, & peregrinam illam ſitim reſtinguere queat. Idem te Jlluſtriſſime Princeps, judicium ex patriâ evocavit, in qua omnium rerum & ſublimitas & affluentia eſt. Muſæ ſi alibi, hic florent; Mercurius tanquam in umbilico Germaniæ ſedem fixit. Utroque ne Italiæ quidem de viâ ceditis; imò prærogativa etiam gaudetis. Sed & de vitæ elegantijs, certamen vobis, aut duellum. Si enim aëri quicquam in corpora licet, ſaluberrimus ille vobis. Si & locis; Heſperidum vobis horti, & ad quamvis arenam habilitas. De ingeniorum autem præſtantia, nemo amplius hæret, quin & propria habeatis, & derivata multa. Ut paternos lares reliquiſe curioſa ſæpe diligentia ſit; quæque ſine fuge
ulla

ulla quandoque domum repedat. Non tamen omninò culpanda, cum prudentia illa civilis, ex tanta morum diverſitate hauriatur. Sed & linguarum cognitio, ut vulgaribus elegans ita Principibus neceſſaria; quibus ſub uno tanquam jugo, tot diverſa capita regere datum. Quo nomine in Italiam veniſti, Jlluſtriſſime Princeps, ut & hic virtutibus tuis locus eſſet; non ut ad earum cumulum quid adderes, quæ jam faſtigium omne impleverant. Neque etiam Italicum idioma ad ſupplementum, ſed ad lucem appetebas, ut hac tanquam tuba decantatæ, vel Italis ingenij tui dotes innoteſcerent. Quantum autem, in quantillo ſpatio in eo promoveris, teſtis ego: qui hanc præfecturam exercui cum maximo meo compendio & gloria. Teſtes aulicorum non pauci; quos tu multis paraſangis, breviculâ curâ ſuperaſti. Adderem cum illorum pudore, niſi tua ſublimitas etiam victis gloriam adderet. Debeo itaque debeo tibi, Jlluſtriſſime Princeps, quod invidia ringẽte rectura hac me bearis; ad quã vix ulla mea virtus aut eruditio, ſed tua benignitas & humanitas iter quaſi *degrumarunt*. Quæ cauſa eſt, ut affectus mei teſtimoniũ, & gratitudinis inſigne has ſchedulas proferã; & reverentiã ſolâ tam gratuitũ beneficium

ficium compenſare pergam. Nam hoſtimentum aliud, nec tua humanitas efflagitat, nec mea tenuitas ſpondere poteſt. Unum etiam rogo, ad debiti mei augmentum, ut me deinceps in clientelam tuam ſuſcipere digneris. Et ſi quid tam longinquis & Martialibus locis ab officio noſtro proficiſci poſſe putabis, ſi pro imperio & humanitate ſolita indicium fiat, ſumma diligentia & pari obſequio procuratum dabo. Tu modò Princeps Jlluſtriſſime votum agnoſce: & me mancipio tuum habe. Ita ætati tuæ vernanti par ſenium & beatitas æterna eveniat. Middelburgi, III. Idus Martij ∞. I ɔ c. VII.

EPISTOLA VIII.

Jlluſtriſsimo Comiti

AB

ALTEMPS & GALERA.

DIDERICO, &c.

CUm juvenis hic ad te iret, Illuſtriſſime Comes, me penè comitem ſibi aſcivit. Pictor eſt, ſi quis alius, ad exemplar inſignis. Nõ mirum ergo, ſi animo eum ſecutus ſum; qui artem hanc naturæ æmulam mirari non deſino. Sed & tu Mæcenas, non amas ſolum, ſed

& amo-

& amorem beneficijs æquas, ſi quis ad te feratur non palmâ illâ modò, ſed etiam laude aliqua dignus. Partem ergo hinc habeat, ſi non ſummam; ut & me vera dixiſſe, & te vera facere agnoſcat. Quod te velle ſcio, quæ tua eſt liberalitas; & mea importunitas, quam ad alia votis ſecundis toties es ſecutus. Quare verbis gratias ago: reipſa etiam nonnullas, qui in juvene hoc pretium qualequale hoſtimenti colloco. Nam & ſui ipſe valoris eſt, & ab animo meo ſuperpondium capit; quem comitem illi dedi, quod tibi olim non ingratus imo carus comes fuerim. Quanti enim me feceris mihimet conſcius ſum; & alij ſciunt quibus ob hoc invidiæ ſæpe fumus oculos infeſtabat. Sic decet; & amare ſemper probatos, quandoque probandos. Quod & in juvene hoc fiat, rogo, quem tuo potius calculo exploratum volo, quam aliorum aut meo: qui ignorantiæ meæ faſces ingenij & eruditionis tuæ ſecuri ſubmitto. Nemo eſt cui non doctrina tua, rara; at quam multis etiam cara innotuit! Ita enim literas tractas & literatos, ut utrum magis facias ignoremus, utrunque tamen magnificè. Academiam domi alis, non familiam, quod artificij ſui quiſque inſignia habeat. Lenonibus verò hic vaſticies; & ferias eſuriales paraſiti reſident.

Quorum

Quorum ſæpè magna apud alios meſſis & calamitas. Tibi Muſæ diem condunt, tibi aperiunt; neque ullum adeò cordi impendium, quam quod ſalutantium numero infertur. Niſi tamen literati adſint, quibus tu ſuo jure auribus tuis facilè abuti pateris. Rara hæc, rata ſunt: in illo ſplendore & affluentiâ, *ita ſtudia tractare, ut pauperes ſolent.* Verbo venia ſit, cum & hoc nobilitatis ſignum, non ſemper virtutibus alienis famam accipere, ſed & proprijs eam protollere. Quo nomine duplex tibi nobilitas, celebrari & eruditionis gloriâ, & generis ſplendore. Si enim patrem, Heroëm illum videas; majores tui Germani, ex nobiliſſima Comitum familia. Qui rei bellicæ laude ad culmen hoc aſcenderunt, quo majus nil humano voto optari queat. Si matrem aſpicias, inſerti eſtis Summatibus & Comitibus Italiæ; neque ulla vel dignitate vel opibus ſplendidior proſapia Mediolani. Vis utranque particulatim excutiamus? faciam, ſed breviter: quod majoris curæ res ſit, & niſi per ſeriem occipienda. Cui & nos coram operam dedimus; daturi etiam ſi ſecretiora illa vulgare nobis conceſſum. Unum dicam, quod omnium inſtar eſt. Pius quartus tibi proavunculus; Cardinalis ab Al-

temps patruus; Archiepiſcopus Mediolanenſis, cognatus. Regia hæc dignitas, ſi ſeculum aſpicias; ſi beata, etiam divina. At majora etiam his dabimus; & quod ſeptimum orbem tranſcendat. Avunculum tuum, ut genere ita genio ſublimem orbis agnoſcit. Carolum Boromæum, inquam, Cardinalem creatum, Archiepiſcopum electum, Beatum proclamatum. Atque his genti veſtræ aram ſtatuo. Serio quidem; cum & publicis votis hoc fiat, & meritis Beati illius etiam fana conſecrentur. Divinitas hæc quædam eſt generis, non humanitas, ſublimitas non gloria; quam melius exprimere nequeas quam tacendo. Quod facio tanquam œſtro percitus & laudum tuarum cumulo obrutus. Tu, ILLUSTRISSIME COMES, leves has candidi pectoris ſtricturas boni conſule. Nullius n. hic palpi res eſt: quod nulla neceſſitas. Sed nec mihi natura blandiens, nec tibi ambitioſa: quod partæ jam gloriæ facilè acquieſcas. Quam ornare tamen quotidie, imò augere non deſiſtis literarum adminiculis; quibus inter tuos non infimum ſubſellium occupas. De vitæ autem elegantijs facilè palmam fers, ſi in eadem arena cum alijs decurrendum. Sed externa illa prætérlego; interna tantum ad diſquiſitionem voco.

Animus

Animus tibi ingenuus, & unicâ humanitatis notâ conſpicuus. Nam etſi virtutibus reliquis magnam laudem, hac tamen ſummam mereris. Teſtis porticus illa, quam toties leporibus tuis magis, quam pedibus noſtris ſumus emenſi. Jam Eſſeda illa, annon gratiarum ſedes? in qua tuos ſales & veneres, ſed & alienas foris admirati ſumus. Nullus angulus Mediolani, ubi non aliquod ad memoriam ſignum reliqueris, hujus vel illius elegantiæ. Domi verò nox diem anticipabat, diſſertatiunculis tam feſtivis præventa. At in regia illa tua Galeratenſi quam regij ſermones! quam dis *Empanda* & *Sylvano* dignæ eclogæ? ut & *Aſty* cum ſeponeres, decore hoc feceris. Hæc domi laribus, hæc in itinere Vialibus cognita. His ego pro tua benignitate non interfui ſolum, ſed etiam præfui, hoc ipſo major, quod tam magnus eſſe nolueris, & exilitate voluntaria aliorum dimenſa exploraris. Et pro judicio, copia, ut tibi viſum, data eſt.

Namq; tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas.

Fateor, fateor; neque aliter tantam benignitatem exprimere queo. Nam ut gratias agam, ne verba quidem apta occurrunt; nedum ut referam materia ſufficiat. Si quid tamen ad grati-

gratitudinem memoria poteſt, eam perenni-tati conſecratam calamo non levi teſtamur. Si & ad debiti decrementum obſequium facit, me tibi totum & ſub haſtâ tuum dico & dedico. Tuum erit Illustrissime Comes, pro imperio quo polles cogere, ut humanitate tam comi perſuadere ſoles. Et licet tractus varii & Martiales nos diſiungant; ad quamvis tamen operam tanquam præſens & fidele mancipium me tibi probavero. Varia hic ſæpe occaſio, ex variarum mercium affluentia nobis offertur. Voluntatis modo tuæ indicium da, habebis forte quo appetitui tuo ſatis fiat. Ego hoc unum deſidero, ut quod ſubſtantiæ noſtræ deeſt, id operâ & lacertis ſi poſſim compenſem. Tu votum agnoſce Illustrissime Comes, & me ut ſoles commendatum habe. Velim præfecto tuo Carolo Bernæ ſalutem â me offeras, ad quem propediem & meliori otio ſcribam. Middelburgi, pridie iduum Maii ∞. Iɔc. vi.

Epistola IX:

PETRO PANTINO.

QUos olim ſtudiorum vinculum, eos nuper fortuna conjunxit, mi Pantine. Una enim nos Delphenſi itinere liburnica habuit, unum hoſpitium. Quo factum ut poſtliminio

ſilentium illud pertinax compenſaremus, largioris colloquii fænore. Faxit ille Averruncus ſilentii Aius Locutius, ut novalem hunc amicitiæ agrum percolamus: neu ſentes inducat malignitas aut oſcitantia. Multos habet ævum hoc ſuſurrones, & famæ Laverniones: quo torqueri ſæpe fœdera, inter coanimes, contingit. Et ex ſupervacuo quidem: ubi ad limam ſandalium vocent, & de umbrâ tantum, nebulones diſſerant. Hic tu aures inclatratas obtende, aut judicii valvas: ne ſpecioſâ oratione irrepant ſcarabæi iſti. Quid? quod ex vero ſi fiat fabula, muneris tui eſt, ut detrectantem corripere, ita errantem corrigere. Quod jamdiu facere te ſcio: nec ex præſcripto noſtro hic pẽdes. Memini quid Balatroni meo & Lingulacæ à te obductum: ut credulitatem illi tuam derogaris. Quædam tamen, inquies, ipſa fides probat: & conſenſus tot annorum pro hiſtoria eſt. At hoc ipſo in unà porticu verſamur. Annon ita obliteratas ævi ſenio maculas illas decuit meliori colore dato? Nam fucum qui arguit, quovis lenone impurior eſt. Neſcit ſycophanta nil eſſe cur falſa veris obtendam, aut ſpecie quadam, anteacta velem. Quanquam nec hoc ipſum à laude alienum ſi malus bona fingat. Diu nos Italia habuit, fateor. Sed quam ſim ſemotus ab eâ, ipſa intervalla docent; &

ſince-

ſinceritas illa quæ animo & linguæ jam à puero inhærent. Ita figmentis ludere, operoſum naturæ meæ; inſtitutio etiam acceſſit; quæ robuſtum in candore ablegavit ad exteros? Itaq; ſi quid lutulenti aſperſum, id oras tantum alluebat, & unâ ſpongiâ facile delendum purioris aquæ. Si documenta producenda: quintus hic annus à reditu meo eſt. Studia & mores examina. Annon ad frugem ea compoſita? reipsâ etiam probata? teſtimoniis plurimorũ firmata? Quid Panes quærimus aut Satyros ſi Jupiter regnum tenet? Si glandem excuſſimus cur fruge noſtrate veſci negatum? Malignitas hæc humana, & opinionum pertinacia: quas ſæpe rumiferator quis, ſerpente lingua impreſſit. Nec fallo: nam invidiæ hic cumulum invenias, & in virtutes aliorum voluntariam cæcitatem. Sed ætatem noſtram retexamus. Septennium ſtationis noſtræ in Italia, quaſi carcer, inhiantem meos, ultra debitum detinuit. Excuſabunt, quorum culpâ retæ tales injectæ: quorum pertinacia, Deo non incognita, nunquam non pianda. Conſtantia tamen ſemper impreſſa mihi, & perſeverans ad virtutem tenor. Hinc ego ſummatibus & principibus carus; Si fidem quæris: ecce ab Academiâ Patavinâ teſtimonium duplex; lege nec verbo progredi queas. Si privum quid deſideras: habeo

plurimas à viris claris literas, morum & ſtudiorum meorum ſpecula. Rei veritas eas extorſit, ut eſſet quo ominoſum hoc malum in futurum prævertere m. Nunquam enim hæc celanda; quin & majori tubâ in poſterum decantanda. Si ſtudiorum experimenta examinanda: laborum noſtrorum ſeries non exig. . Varia & in vario genere ſcripta noſtra, diligentiæ fidem faciunt. Juvenilia non excuſo, ſi juventiæ noſtræ ſpecimen erga literas præbeant. Hæc ut cætera, vileſcũt ſcio, illis qui ſcire quã diſcere, & aliorũ virtutes invidere quã videre malunt. Audacter tamen dicam Graccul9 ille cõtra in lancem ſua appendat. Heus ubi Cato, ubi Ariſtoteles? & tamen in contemtũ aliorũ, toties illi inflatæ buccæ. Omnes præ illo Suffeni ſunt: ſolus ille in curiam it, & pro tribunali ſententiam dicit. Quod ſi, quæ dixi, vilioris notæ, cenſor hic cenſeat, ecce labores Belgicos, & de re magis ſeriâ vigilias. Quorum partem publico aliquando non invidebimus: ut magis etiam fumus huic Thraſoni oculos infeſtet. Sed de ſtudiis inquies parum hic ambigui: nemo tibi ſubſellium tuum invidet. De moribus eſt quod cognoſcimus, & curriculo anteacto. Si ſedulitatem hanc cum judicio exercent, jam ad plenũ in ſuperioribus ſatisfactum. Si glaucoma oculos obſidet, parum etiam

etiam in clarâ luce videbunt. Hic ſilentium melius eſt, ne incrudeſcat morbus, ſed quid innuant ſcio. Culpant quod Italiam civi fœmina auxerim. Si ad Italicam limam me exaſciabunt, laudem nedum pudorem hinc mihi tribuam. Si Belgice & ad naſutiorem curam, excuſationem etiam merui ex vulgari, & ſocietate delinquentium. Annon plurimis in hoc lapſus? & ſine famâ aut ignominiâ etiam laus? Laicos prætereo: en tibi illos religionis antiſtites, quâ vere fœderis antiqui memores, creſcite & multiplicamini! Ex formulis fidei in matrimonio nemini patriſſe nocuum. At defloraſſe virgines, viduas inclinaſſe, quo exemplo hoc ſacrum? non tamen in prærogativam hoc traham ſi ſcabies alibi ovile tangat. Nemo vitiorum expers: felix qui minimis urgetur. At excuſaſſe juxta æquum. Si ſanctorũ corpora commaculata, denuo munda conſpiciamus. Auguſtinus à vitio ſe recepit: David Dei cor, Paulus vas electionis Domino. Uterque ſuâ labe obnoxii, ille etiam mulieroſitate tactus. Sed reſipuit, & continentiæ experimentum poſtea exemplum fuit. Itaq; cur & hunc lapſum velo ſi ab errore in viam me reduxi? Si pœnitentiam tot annorum exercui, cur adhuc pœnas luo? Cur unius delicti culpam tot meritorum gloria obliterare nequit?

Fatum hoc meum eſt & infelicitas communi ſorte frui non licere. Quanquam ſub alio cenſu collocatum me ſciam; *paria tamen*, ut inquit ille, *peccata*, cur non & virtutes? Quin ſerio dixerim, majoris eſt meriti, in tam contrarium mutatio: nil enim miri, ſi quis continuitate bene agendi virtuoſus ſit. Illud vero ſublimioris notæ, ex corvo currucam redditam. Hæc ideo tecum, mi Pantine, ut recogitem ea quæ coram tecum liberius diſſerui: quibus tu anſá primum exhibuiſti. Nec de fine tu quid ſiniſtre colligas: quaſi aureo rete piſcemur. Vino nobili non opus ſuſpenſá hederá. Tum & hoc quoque verum, non eſſe conciliandos cibos abhorrenti ſtomacho. Antipathiam hanc vix quis emendet vel Æſculapius. Non tamen ob hoc profananda medicamenta multis utilia futura. Malè non ceſſit Roelſio ob repulſam. Vixit alibi in ſublimi gloria, & lucro pingui. Nũc in communem locum poſtquam migravit ſæpe illius manibus Middelburgenſes parentamus. Utinam longior illi vita à Parcis data! documentum futurus ſiniſtre ſæpe de eruditione ſuſpicantibus. Nunc ſordes in Reſpublicas admittuntur. Magno pretio emuntur etiam hoſtes literatorum. Una ſanctitatis prætenſio ſufficit apud eos qui externo velo virtutes metiuntur. Hinc tot portentis abun-

dat

dat ſeculum, & finis etiam ſæpe mala ſua annectit. Sed eſto: virtutes tamen ſectemur: à vitiis nos recolligamus ſi labi contingat. In probam cenſuram vocemus literarum aſſeclas. Niſi fiat, barbaries damnata gradũ figet; cum maximo œconomiæ publicæ malo. Quis enim ſtudia ſectabitur, per tot labores & ſumtus, ſi hoc jus ponitur inertibus? Ex mortario enim hodie doctores prodeunt; & ignorantiæ etiam ſalaria publica numerantur. Si quis moretum corradere doctus, infulæ doctoralis titulo & ſtipendio gaudet. Jam chymiam ſi callet aut artem ſycophanticam, diplomate publico & per legatos invitatur. Galenus pro nomine ſuo tranquillus, blattis & tineis obſonat. Quid miri? Si Græcus, intelligi à vulgo nequeat. Frons unica eſt, & verecundiæ detrimentum quæ beatos facit. O ſeculum, ô mores! Nemo mihi poſt hac ſcholas viſat, ſi ſcientiæ cumulum foco materno nanciſcamur. Ego titivillitio non emerim Ariſtotelis braccam, vel ſi quid eſt quod cerebro tot incommoda creet. Hæc Muſarum damna ſi perſeverant, præſentaneum earum exitium minantur. Clavus tamen penes primores eſt. Si aſſeclis earũ pro merito præmia ponant, non tot Mercurio devotos Belgium aleret. Nunc pauci ſibi pœnitere emunt. Omnes argentum fœnori potiꝰ

locant: unde demum focus luceat, & menſa pollucibilis ſtruatur. Revocentur ſpe lautioris præmii quorum animi Muſis devoti. Ita plures ab Apolline quam Mercurio ſurculi reſpublicas beabunt: flugem non exiguam daturi in arborem ubi excreverint. Hæc tecum, mi Pantine, ex cauſa eruditionis nullà invidiæ. Non enim me urit beatitas aliena. Nec tam ex vili luto ſumus, quin & ſpe bona trahamur, & præſenti etiam gaudeamus. Pro ætate enim praxis noſtra, ſic ſatis fidei pro eruditione, laudis habet. Cura noſtra & aſſiduitas utrunque commendant. Etſi involuntarium ad pauperes trahi ille dixerat; qui plura etiam in meam noxam. Quaſi vero non niſi Crœſos aut Craſſos morbi invadant: nec ſciamus hoc gradu, augeri nobis rem, ſi omnibus inſerviamus. Etſi fertiliores à divite, à paupere tamen benigniores abimus: cujus fama poſtea ad lucrum nos transfert. Sed & in hoc fatum meum agnoſco, quod cum famæ damno, etiam famẽ minatur. Solamur tamen, quod artem quævis alat tellus: quod Æſculapio ſacramentum datum reſecrare liceat, mutato quæſtu. Siphones enim urinarios ita amo, ut ſepoſitis laudem etiam aliunde ſperem, & ſpem melioris commodi. Quo ſæpe tædioſam eam curam, & ægrorum nænias placamus, & malevolorũ

aculeos

aculeos ſuperamus. Vale, mi Pantins, & me ama. Middelburgi XVII. Kal. Decemb. ∞. Iↄc. VIII.

EPISTOLA X.

JACOBO GRUTERO *filio S. P.*

PLinius alibi, *Qui vitia odit, homines odit*, mi Jacobe: veriverbio huic ſeculo maximè accommodo. A priſtino enim ſtatu adeo declinavimus, ut vix virtuti laus vel locus ſit. Quod magis mirandum tam ſcintillante fidei luce à normâ illâ ſalutari, ad devia nos trahi. Si ratione agimus, argumenta in maximam meſſem colligenda; & quamcunque arenam tandèm finxeris, peſſimi Athletæ. Sed ſanctorum hæc diſquiſitio per ſpecies; aut quorum porticus errantes notat & dirigit. Vnum tamē ex privilegiis illorum liceat; de ævi hujus inconſtantia. In ſtatu enim fidei quam multi vacillantes! & penes quos religio verſuraria; & fœnus exercet! ad terrena autem ſi deſcendimus, non tu mihi in mari fluctus quæras, ſed in humano pectore. Volubile enim hoc domicilium & levi opinionis aurâ quatiendum. Hinc tot de ſtatu in ſtatum vices. Sed ab ortu ſæpius in occaſum. Literarorum hanc rempublicam expende. Ad eruditionem non itur.

quam vacillando, & prioris ſtudii ſortem damnando. Ita umbram dum captamus ſæpe oſſa excutitur; & fruges dum expectantur, nunquam meſſis percoquitur. Exemplum tibi non per ſeriem ſed mathematicè dabo. Meipſum vide: peſſimi fuit augurii ſtudiorum ea mutatio. Theologiam ego primitus amplexus; parentis juſſu, & ratione beatitatis quæ cultori hinc cumulanda. Initium fervorem habuit, non ſtudium. Placuit nimirum infula doctoralis, & in negotio penes Deum ſimplici, titulus. Quid? quod & oratoria Ciceronis laus illectabat: ſi in pergula tanquam pro roſtris cauſam dicerem? Sed quam ſubito mihi affuſa frigida! dum immenſitatem ſecreti expendo, imminutus mihi urgendi ardor. Ecce vix *unum emeritum ſtipendium*, ſacrorum caſtra deſero: annuente quidem parente cui in naturæ meæ genio prævisum quod minus theologiæ aptum. Pacata enim ingenia hæc flagitat: & magis ſimplicitatem ut præcas, quam eruditionem ut inſtruas. Itaq; Æſculapio ſacramentum dedi, ſine ulla perduellionis noxa: unico tantum temporis diſpendio, quod partem laborum ſine ulla fruge abſtulit. Quantilli enim pretii ſeminium illud ſi perſeverantiæ ſol & imber denegatur? Itaque exporrecta mihi frons: quod & candidum mihi parentem &

medicinæ

medicinæ olim candidatum animadverterem. Lucri etiam prurigo inanis me cepit; multorum exemplo, & verſus hujus autoritate, *dat Galenus opes, dat Iuſtinianus honores.* Aderat & puerilitas pro ætate: qui honorem etiam mihi in latoclavo doctorali imaginabar. Hiſce ſtimulis tanquam viatico inſtructus ad iter me præcinxi: Vialibus quidem non invitis, ſed morâ tamen ſæpe importunis. Ita detrectator laborum & patientiæ, has quoque pœnè tabulas reſigno. Cautius tamen; nam inconſtantiæ jam pudore capiebar, & paterni moniti reverentiâ. Perrexi itaque; ſed ut ſolent obſeſſores viarum qui militare ducibus negant, de publico diſputant: ita tædioſosScatophagorum labores interſtinguere cœpi otio non ingrato, aut labore minus tetrico. Ad Criticam enim me traduxi, & nugis his commutavi ſerium & fructuoſum medicinæ ſtudium. Ita tertiam formam indui: non tamen plane partium transfuga; ut etiam nomen Medicis datum non abnegarem, Quanto emolumento illi judicent qui unico gymnaſio contenti olim, præ me jam aureos montes colunt. Quartam pro colophone adderem, niſi & ſilentii cauſæ eſſent: & tu non ignorares intermiſſum ad quinquennium

in

in Italia ſtudium medicum. Quo fato? Deus novit; & noſtris annalibus non cælanda injuria. *Hæc* ideo tecum mi Jacobe, ut meo exemplo ſapias:&hamaxobium quaſi ſtudendi modum angue pejus vites. Niſi feceris, ſerius feceris cum retexere inconſtantiæ telam cum detrimento tuo voles. Theologiam tibi pater ſtudium voluit; & transfugium omne etiam teſtamento cavit. Sed tu ex conſilio tuo medicinam ſelegiſti: nonnullo meo aſſenſu, quem ratione (ſi opus) confirmem. Vide ſis ergo, ut proprij judicij nunquam te pœniteat: & paternæ voluntatis arbiter probus dicaris. Diligentia hoc effeceris & tenore ſolido vigiliarum. Quibus opus ſi ad opus & finem bonæ ſpei emergere optas. Cave, ut dixi, tranſultorius iterum exordium omne perdas. Dura quævis initia & parva, ſed ad finem momentum habent. Toleranda ergo;& querula animi ægritudo abijcienda, quæ ſtatum ſemper movet. Meum tibi ad cautionem exemplum poſui, tu aliorum ad ſequelam cape: quorum conſtantia non laudem tantum,ſed & lucrum cum temporis compendio emolita eſt. Ad ſtudia habes quorum modum & præſcriptum ſequaris. Unum tamen addam ex Plinio, *non multa lege ſed multum.* Iteratio hæc etiam reiculæ magnum pondus & tanquam memoriæ viſcum

ſcum habet. Sed & hoc ex Scaligero: magnam partem humanæ ſapientiæ eſſe, quædã æquo animo ignorare velle. In utroque ergo tempora; ne aut obruaris copia jam preceptorum, aut percipiendorum à labore deterrearis. De vitæ regulâ ab alio tibi quam me præfixum velim, exemplo tibi ſint Pater & avus tuus, quorum uterq; nõ intermoriturâ laude floret pietatis & eruditionis. Vivâ voce Academia veſtra ad virtutes quotidie præit; & quas te frequentare puto, conciones ſacræ. Nõ tamen te traho ad aſperam virtutem, aut cum Cynico dolio te circumſcribo. Aliquid dandum Patriæ & politicæ noſtrati, ſed vide ne tibi imponant juvenilis favor, & habenæ laxiores. Nõ enim ignoras vitia quædam ſtudioſis ſpecie virtutum irrepſiſſe. Profuſio multis liberalitas, & oſtentatio divitiarum eſt. Hæc illis nobilitas, ſi aſymbolos multos è popina dimittant. Peſſimo judicio; à quo cavendum qui frugi ætatem, famam, & valetudinem agere optat. Jam nocturnæ eæ gralationes, quid niſi à ſtudiis avocamenta, ad impia, incitamenta dicenda? Conventicula porro, vel in bonum, nunquam mihi laudanda: etſi vel bono modo. Quia contra leges Academiæ. Non enim decet curioſum eſſe in aliena republica. Coniurationes autem quo loco ſtatuas? Niſi in

fundo

fundo Orci, unde nil niſi calamitoſum & exulceratum expectandum. Ab utroque arce[illegible]r & quietem hanc mihi imputabis alias, ubi frugem expertus in melius collocari temporis. Hæc ex meo ſenſu tibi dicta ſunto: & rationes puto habes. Eo enim es judicio ut ſcire eas poſſis, eâ ætate ut debeas. Libere dicam, nemo quam ego in te melius aut expendit, quæ adſunt, aut excuſat, quæ deſunt. Utrunque ſincerè ut conſanguineum, & conſecraneum eorundem ſtudiorum decet. Et verè; quia nec dicta nec ficta propono, ſed quorum pars magna fui. Ita experientiam hanc, ſpeculum habe morum: ne ſimili porrò pœnitentiâ affligaris. Sed finem facio huic canoni: & te moneo, ut cum modeſtia & cætera habeas. Quædam enim licent: ſed lubere non liceat; hac ætatulâ quæ ab ardore ſtudiorũ nil remitti ſuadet. Attamẽ in cujuſque genio magna hic ſpes aut utendi aut abutendi. In quo non vilis notæ te cenſeo: & applicaturum non niſi in bonũ, aut ut ille ait refocillandi animi causâ. Diverticula ambulanti jucunda ſæpe, ſed ni maturè deſerantur à viâ in devia ducunt. Quid hic deſignem per te puto noſti: neque hic recenſendum, ut aliquid etiam prudentiæ tuæ reſervemus. Quam quæſo & in reliquis intendas ad normam illam vitæ æternæ, quæ nos expectat poſt-

poſtliminio. Vale mi Jacobe, & ſaluta contubernales omnes meo nomine Middelburgi xvi. Kal. Decemb. ∞. Iↄc. viii.

Epistola XI.

Viro Jlluſtri N. N.

Viam qui neſcit, qua deveniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem ſibi.

Vere ex ſententia dictum, Vir Illuſtris N.N.&, quod identidem muginor, ubi te compellandi mecum altercatio eſt. Nominis tui ſplendor totum terrarum orbem tanquam Sol irradiat, fama etiam cœleſtem illam curiam verberat; ut Imperii rivalem ipſe Jupiter metuat.

———— Nam mortales cæteros
Memorare nolo, hominum mendicabula.

Quorum ſimul occaſus & regni & nominis ſæpe: ſemper minus gloria pertinax ſi qua poſthuma. Tu regno extorris & extrarius; nuſquam tamen magis domi es, quam in qua de principatu literaturæ triumphas. Ita legem dicis non vulgo amplius, ſed iſtis ipſis ſapientibus, quibus vulgus ſtat aut cadit. Ob eam induſtriam fato etiam major gloria tua, nec vel cum machina hac immenſa in favillas abitura. Hem inquies,

Conti-

Continuo adveniens pilum injeciſti mihi.
Peccavi; redeo in exordium. Nam laudum tuarum finis ipſum earum initium eſt: & nemo mihi has ſcalas aſcendat, niſi cui tua manus portiſculo. Cave ſis tropologiâ offendaris; Oceanus es, ſed ſcientiarum: & ſi quid uſquam eſt quo fluvii fluunt, aut imber imbuit, id in te refundunt. Ad te ergo eo Vir Illuſtriſſime non niſi rite & ſacris ſtatis; & te veneror ut *prothymiam* hanc agnoſcas. Magnitudo ardua quam aſcendo, ſed humanitas tua vianti proclivo eſt. Ita non alius mihi amnis comes quam hic aridus ex levi cortice aut papyro cõpactus. A te, inquam, ſine interprete oracula poſco. Non ego item ſoleo, ut

Iſti Græci palliati, capite operto qui ambulant,
Qui incedunt ſuffarcinati cum libris cum ſportulis.

Quibus, ad deos ſuos ſi adeant, viatico opus, opus gerulo & gerris maxumis; opus internũcio & internugone, ſive illis adeundi

Di Deæquè, ſuperi atque inferi, & medioxumi:
Sive Iuno Regina, & Iovis ſupremi filia,
Sive Saturnus patruus ejus, & Caſtor pater,
Sive Ops opulenta illius avia, imo mater quidem:
Dei omnes magni, minutiquè & patellarij
Qui ſunt qui non ſunt, & eſſe tamen

volunt: hi, inquam, ſi adeundi, verſurariâ linguâ opus eſt: atq; ante, ſui copiã, quam faciũt

Attritâ veniet ſportula ſæpe togâ.

Et merito; cum domicænio nemo horum laboret; ſed dè ſumma cœleſti propter viam lacteam in comitia eant. Non vacat, niſi in atomos aut formicatim dimiſſis nunciis. Nã *pol pilas Dij homines habent*; ludunt datatim. Hinc illis

Lumbi ſedendo oculiq́ʒ ſpectando dolent,
Et qui ſputatur, morbus aliquando venit,
Aut inſolato capite frigus detrullat mucum.

Eos omnes, nec ulla eſt captio, nil moror. Suo ſibi ſucco tanquam cochleæ vivant. Mihi adhunc Jovem non opus Mercurio. Nec enim vel curæ prævalent, ut clientem reſpuat: vel eruditum illud penu ita inclatratum habet, quin ſi uſus, exin egenti partem cedat. Quo nomine foribus tuis rogator adſto; & modeſtè peto quod tibi cum modiis largiri facile eſt; & ut volupe ſit non dubito. Ex abundantiâ inquam tuâ fas ſit hortum meum rigare, qui in ſeminio adhuc frugem præfert, aut ſaltem à gratiis ſignum. Serio ſpondeo & arram has mitto. Ita perpetuum ſit gratiarum columen: nec ſinit ille, qui nos regit ut ulla mentem ſegnitas antevertat, aut malignitas evertat. Nimis quam multos verſipelles ſeculum hoc videt; atq; utinam in decentiorem formam! Canes in trivio; & niſi adlatrare cõmiſcue promti. Pecora intecta, vilis lanæ; & quibus peculi-

um unicum balare. Noctuæ; nec enim ſolem ferunt aut ſtricturas leves lucis. Non ſine exemplo res eſt. Si quis unquam, tu Illuſtriſſime Vir, veſpas hos expertus. Admordent & pungunt, ſed edentati abeunt. Impenetrabilis enim es; virtus tua & eruditio, omni invidiâ major. Quid? quod baliſta etiam nuper cum in te jacta, quam catè eam declinaſti! Nemini viſus commotior, ut etiam de vigore morbi ſpem faceres.

Nam hic quidem ut adornat, aut jam nihil eſt, aut jam nihil erit.

Ita *prodiſperaſſe alvum* videtur *ſalſis poculis*. Hem ſonticum morbum! *Oculi* illi *duri ſunt tanquam locuſtæ* : Tam *bene cinctus ambulat tanquam zona.* Denique larvatus eſt & *pro cerito circumferendus.* Atque ita vel à morbo evadet, vel

Extra portam ire trigeminam ad ſaccum licet.

Ubi extra ejus, divinus arbitretur. Nec enim ultra profananda cenſeo ſæpe aliis profutura remedia. Quod ſi quis

Redit cum obſonatu ejus adjutor, & pompam ducit,

Ille alibi locet cœnam. Nam N. Conſtantiæ ſtatus condictus eſt dies: & ridere nænias ejuſmodi & rumuſculos novit. Certus

————ibidem loci rem eſſe

Ubi odium occœperit————

Vale Vir Illuſtriſſime, & me devotum nomi-

ni tuo ſuſcipe. Middelburgi Kal. Maii ∞. Iↄc. viii.

Epistola XII.

Clariſsimo Viro

Desiderio Brantio.

Leida nos habuit nuper; & malo meo Genio factum, quod non una ego te Clariſſime Branti. Impendebat animus fœdus tecum pangere; & in demortui fratris locum me ſufficere. Non te offendi doleo; ſed cum tuo Genio bono. Saliari enim cœna orbus iſſes, quæ luſtrando doctori vobis apparata. Nam in cõmentarios à vobis neſcio quis relatus. Popularis tamen noſtra Heynſio non ingrata: etſi ſuccincta ut ſolet propter viam Herculi & Sanco. Ne quid reliqui faceremus combuſſimus omnia, & diem ſimul. Hem catillones inquies! magis diceres ſi ne nidore quidem ſtomachum nos *prodiſperaſſe* ſcias. Hoc enim moloſſicum parcipromi lege noſtra porcemus. Ignoſce prothymiam hanc loquendi, & ab Heynſio excuſa, qui te talem deſcripſit qualem amor eſſe velit. O te plures ævum hoc videat, benignitate candidos!

Et multo fiat civitas concordior,
Et invidia nos minore utamur quam utimur.

Eructavit nuper cloaca neſcio quæ, genus hominum: immane quantum lingua & mente. Nil illis ſacrum, quin deſecrant & reſecrant quidvis, utique ſi illis bulga. At quam putide & virulente! Matrem pol referunt ut lac lactem. Eccoprotica mera, & quæ pro glande prudens Medicus efficaciter ſubdat. Sed & tibi, mi Branti, audio confici *rationes dominicas pecuarias*. Hem agaſonem *quadrupedantis crucian-tis canterij*! Fac ſis ut tu illi roborarium accommodes, ne balet uſque balans ille, vel ſi mavis roborarium quo ignem non cœlo ſed capite elidas, Plautini illius inſtar. Sed ſerio: cave ſis eum ſequi ripa ſua. Hoc habent illi cum molettinis commune ut cum malacia ab ambagibus quieſcant. Niſi ipſi ſibi pædores ventulum parent, ut in fabula eſt. Longe hinc te amove: & ſolatio etiam ſit videre andabatas illos hoſtem ſibi quærere, & clauſis oculis certamen cernere. Indictum hoc mi Branti noſti: dicendum tamen videbatur, ut amare me hoc eſt lingua largiri ſcires. Tu cōtra fac mutuū: & quod coram nefas hic philotheca ſtatuamus. *Nam teſſeram conferre ſi vis hoſpitalem eccā attuli*, ita perpetuum ſit Veneris & Gratiarum columen. Vale Vir Clariſſime Branti, & me ama, Middelb. Kal. Maii ∞. Iↄc. VIII.

EPISTOLA XIII.

Iuveni incomparabili

DAVIDI LANGIO.

MEnippeam tuam vidi, mi Langi; dicam & ſenſi. Ita mihi *fauces fame lippiunt* ex quo odos tot embammatum verberavit nares meas. Væ Jovi huic, niſi publicitus ſatagunt Epulones Triumviri. Nam jam pol *ferias eſuriales reſidet* & animus per naſum deſit. Quanquam quid dum adeo mortem moror? Si hæc in lunæ regno aut Acherunti aſſolent. Quin imus convaſatis omnibus actuaria rate vel celoce, *laxis lactibus*. Nec enim cum tuo diplomate, me ſiſtat vel Jupiter Stator, vel ipſe *Peredia & Perbibeſia* Demarchus. Satur ſum obſoniorum ſuorum minus. Pol pollet polenta in ſole quam luna vel communi loco. Hem ſic datur: jam *Sorbeo*: vigilans inquam ſomnio. Adeo nos ſæpe fames ridiculos facit. Sed heus tu: vices rerum ſunt; vorſoriam capeſſo. Tibi inquam dico, aliis dapinato hoc modo. Nā *tuus victus ſcrupoſam commeat viam*: ſentes eſitandos locas, veniendum *calceatis dentibus*. Proin tu Struthiocamelum, quemquem offenderis, invita. Nos enim tu non *evites* victu tuo. Neq; enim *id edimus quod nunquam nos tranſeat*. Miſerum profecto Langi, & maximi mali juris cui tu condimentum accedis. Potitii & Pinarii tui *dentifrangibula* ſunt. Sed & alvum *prodiſperas* tam *ſalſis poculis*. Vix vivum amittis domum: ſi modo vivus &c. Sed ſerio alias; cum ad lu-

nam tuam aſcendero. Nam hactenus Satyriæ tuæ ſublinium nos habuit : & niſi Satyricè, aut ſubſultim eam legimus. De promiſſo ecquid tandem te piget, mi Langi? nam ferrum noſtrum in igni eſt; nec puder, aut tardamus in concepto. Te tamen fabro ad incudem itur. aut ſi fors neget, noli *præfabricare* quin indicium facias. Quanquam quid hæc tecum muſſito? quem ſcio in Stoïcorum porticu, ſi Satyræ tuæ fides. Pro Genio ergo perge, & fideilita fundi noſtri columen. Imputabimus tibi : & hoſtimentum à gratiis dabimus, quod voles, ut voles. Velim has ad Clar. Viros; Joſephum Scaligerum & Baudium tradas, ſcriptæ eæ mihi ad amicitiam ineundam : cui tu viam quæſo ſterne, verbis ut te & illos decere arbitraberis. Redhoſtibimus per Jovem. Vale Clariſſime Juvenum & me ama. Middelburgi v. Kal. Maii ∞. Iↄc. VIII.

EPISTOLA XIV.
GVILIELMO van DYCKE
Secretario.

COlaphum mihi impingis, mi Aggerate, arbitrii veſtri colophone, ſed *impingis*. Nā erecti ſtamus : & una velut ſpongia delemus quicquid inde mali coloris. Arma ergo ingeminas? inquies. *Apluda nō eſt te nequior*. Nihili ſumus, ſi vel ingemimus. Hoc tantum; evitaſſe vos

ex libro pollinario ſuccretæ Baccharũ iſtæ lachrimæ. O audax Japeti genus! Quanquam & abſentiã meã doleo: ſed deleo. Plura n. non libet etſi licet. Vix ſatis vel Satyra Menippea. Sed alias & alibi. Quod tibi pro omine pono. Vale. Hagæ Comitis propridie Kal. April. cIɔ. Iɔc. VIII.

EPISTOLA XV.

MARCELLO ab EVERSDYCK *Advocato.*

PAucis te alloquor, Vir Doctiſſime, nec aliter fas in itineris hoc procinctu. Hagæ Comitis ſumus, & fuimus unũ octiduum. Quid, inquies, litis nuperæ cauſſa? apage hoc ominis; & cum pacis res eſt, pacem re quærere. Non ita ſum *argenti extenebronides*, ut emoliri velim, quod emollire liceat. eo ſatius quod inter amicos de erciſcundis diſputatum. Ita nec à noſtro ſigillo, veſtro cœtui ſumus auctior. At memoria tamen hæret intimis medullis: ſi quid benefecerit id benefactum ne intereat. Etſi metiri beneficia mathematicorum hodie ſit: qui ab uno puncto varias lineas ducunt. Nos contra à variis lineis unum punctum, hoc eſt una recordatione *redhoſtimus* tam prolixæ operæ. Ob eam induſtriam has ad te mitto, ut interibi ſit quo me mancipio tuũ

agnoſcas. Et quidem paucis, ut dixi. Nam nec locus hic ſatis ad muſas aptus: & favonius nos expectat viaturos propediem. Ita faxint Di viales & faveant. Hagæ Comitis ergo ſumus amicorum gratia. Sumus, ſed ut canis trans Nilum, obiter. Perdurare non licet, ita alia ex aliis interveniunt. Commiſſarius noſter N. te ſalutat, & has tibi per me traditas optat. Quod facio cum fide & Libentia. Uterq; eſtis, quibus debeo, amore & candore. Taceo beneficia quæ me obſtringunt. Etſi illum jus contubernii & ſodalitatis jam à multo ævo ad prærogativam trahit. Plura coram. Vale & me amare perge. Hagæ Comitis, Prid. Kal. Aprilis ∞. Ioc. VIII.

EPISTOLA XVI.
DANIELI HEINSIO S.

E Veſtigio à vobis diſceſſi, mi Heynſi, nec miraberis, ſi cauſſam. Uſus mihi erat Hagæ Comitis, & negotium cum viro ſummate. Non obloquor, nec eſt dicis cauſa. Coram excuſavi: & abitum tamen maturiori reditu præſtinavi. Solvo debitum, & per literas me præſto. Animo inquam, qui quantus tuus, quà veneratione virtutum tuarum, quà ratione beneficii Unum noto; oblationem operæ tuæ pœne non noto. Ita pactum habeo: nec depeciſcor

depeciſcor vel morte. Ea lege tamen ut unum cautio ſit, ne ab amici operâ viciſſim caveas. Petrus ſum: facile me impetraveris. Ipsâ re minor conatum dabo. Vale clariſſime Juvenum & me ama. In procinctu itineris, IX. April. ∞. IƆC. VIII.

EPISTOLA XVII.
PROBO GERRARTIO.

O Minoſum quantum eſt, mi Gerrati, in nomine tuo, ſi argumenta mecum ex re putes. Quid, inquies inter Perſas morere? de quibus Plautus habere *longa nomina contortriplicata*. An & *viatico opus ad nomen meum* ſycophãtæ illius vicem? Profecto hercle *non eſt quicquam olerum*. Neutrum inquam horum. Nam nec tu Perſa, niſi olim cum inauſpicato loco res tuæ: nec *paraſcytharis* ultra ut non ſit uſus commeatu. Quâ ergo ave, inquies, in lucem nomen meum auſpicavit? non malâ potius quam bonâ. & inter illas cenſe, quæ Amphibia terram ſimul & aquam matrem agnoſcũt. Hem *Acherunti* natum nomen! inquies. Vile hoc natale ſolum præut ego dicam. Tene Probum Orci galea aut habeat aut defendat? redi in rationes; nomen tibi Probus. cave vel lemures tibi teſticulari vel noctuas ſanctum lavacrum obtinuiſſe credas. Nomen tibi *poſtri-*

die quam Iupiter ex ope natum : & *ſi pridie, jam regnum haberes in cœlo.* A probitate, inquam dictus es, mi Gerarri; ſed & factus. declaras nimio opere & conatu, cum de erciſcundis inter hæredes diſputas, & adverſos juſte componere ſudas, ut ne Juſtitia. Magna hæc tua munificentia : eo major quod ab immuni. Non enim credam te vel nidore obſonii commotiorem, vel peculii cauſam agere, ut peculium tuum fulcias. Hæc cogitet qui ob æs alienum ad *ferrurepinas Inſulas* in coloniam ire paveſcat. Tibi ætas & anni in ſudo ; & liceat dicere, in libentiæ æquore. Nulla hic vibex aut cicatrix male alta. Totum hoc à gratiis tuis & liberalitate. Ob eam induſtriam aram tibi debeo : & interpretem nominis tui. Quod facio candide, ut videas quam tibi ſit nomini tuo conſimilis genius. Sed mi Probe, *ubi uber ibi tuber.* Cognomentum illud tuum male appendici datum. Gerrartius enim cluis vel quod delires ſæpicule, vel quod ſubinde agas

Gerras germanas atque ædepol lyras lyras.

At quo hoc, inquies, ſyngrapho? Si auritus aſtas jam ediſſerto. Quod pacem conſuis & cōferruminas hoc Probus es, ſed quod cum illis quibus *ſine ſacris hereditas* hoc Gerrartius es. Ecquid planius *ſeptimontio?* at tamen ſine *figura & morſu* hoc dixerim, compendifeceris oleum

um tuum, ſi primipilanus ocreas tuas inde delibutas habeas. Nam domeſtice hic nullum eſt pretium operæ. Pertinax, inquies es & imperator Severus.

Quem tute hominem eſſe me arbitrere, neſcio
Ego te ſimitu novi cum Parthaone.

Tu me Severum? ego te Lentulum aut Marcum Craſſum. Nam quod ſupplicare me cuiquam aut ignem aut aquam poſtulas, quamvis Inſulſus es Ædilis. *Familiaria* habemus omnia. Sed hoc meo magis, quam aliorũ voto: Quos ſcio, vel uſuram hanc lucis brevem denegaſſere, ſi apud eos *rerum ſumma*. Non hoc imaginarium vel intermundio natum. Satis ſuperq; documenta edita: nec ab Orpheo Eurydice in lucem redauſpicanda. Vivunt qui ſciunt, & apud me in *Robiginiũ luco* memoria. Nempe hoc eſt, quod deliquio habemus, inquies, recordari. Non peccat, qui juxta bona & mala in prõtuario ſervat. Recordamur fateor; ſed nõ hoc alicui in os aut cor damur. Res ſuas ſibi habẽt; meas meo remigio gero. Si quid benefactũ, ej9 non animo tantũ, ſed & lingua ſæpe ſum buccinator. Non autem me promiſceo: quia ſimulare inter illos quos caſtigare æqui9 erat, min9 politicum. Sed quid? annon & ego Hetruriam vidi quandoq; eã colo? Gerrartius es ſi vel aliter dormis; nedum cogites. Annus jam decim9 quintus,

quintus, me non locorum tantum, ſed & horarum pœne omnium agnovit. Nulla hæc laus: ſed eo dico, ut limacem te non hominem, à Crambe illa recoctâ abducam. Toties mihi occentas ſimulandum

Migdilybs biſulcilingua, quaſi proſerpens beſtia.

Quaſi tu mihi tutor datus & gerendorum habeas *portiſculum.* Simulamus & ſimulavimus: nec aliter vivat qui ætatem hanc vivit. Atque ita quidem, ut nec tu, nec pares tui exodorent. Nam quæſo ex qua tu vel aulâ vel ollâ Machiavellizas? ubi monumentum itineris Hercules fixiſti? Nam quod Vlyſſes es, hoc à Vliſſingâ habes; quam vidiſti, & cum ruſtico illo in fine mundi ſtetiſti; nempe littore noſtro. Præis tamen ut ſoles ſus ad haram: à quâ cavendum *cui aceto cor acre.* Semel dicendum, & tanquam lex figenda. Multos tui ſimiles Belgium habet, Catones (pæne dixeram Gnatones) in aliorum mores. Qui ſi quid de ſuo adferant, nullum peculiorum illis vel Juſtinianus cedat. Infantes; quos ne miſeratrix quidem Levana, manu dignetur vel ſerperaſtro: audacter dico: & ne quis propter culpam capiatur ſuã, etiam à roſtris proclamo. Buccones, Blenni, fæces fraces, floces bipedum, exeſtote, vel extra portam ite ſacram.

Vti muſcæq;, culicesq;, pedesq;, puliceſq;,

Odio &

Odio & malo & moleſtiæ bono uſui eſtis nulli.
Mihi ſatis quos bona mens probat, quibus lingua mentem. Non qui unâ manu lapidem, panem alterâ geſtant. Ita *Aius Locutius* faxit & faveat. Vale & ſi me amas, ama. Si nevis, nolo: Ego cicum non interduim. Middelburgi, Prid. Id. April. ∞. Ioc. VIII.

EPISTOLA XVIII.

APOLLONIO SCOTTO SYNDICO *Reipublicæ Middelb.*

LIpſium hic habes. Dicerem tuum, niſi id vocis vox tua exemiſſet quâ te Ciceronianum prædicas. Tuus tamen, vel uſu, vel ſi mavis poſſeſſione. Niſi *poſcinummius* ſis, demuta nomen: & herile quicquid tibi in me transfer Coloniâ illâ verſurariâ. Pro Lipſio, inquam, tibi lege ex meis, quos voles vel libros, vel liberos. Horum enim tibi domi viduitas & vaſticies multo maxima. Ecquid inſtitor probus! Attamen ſi ſerio es, nomine & re imputabo. Non ſum, inquies, in operâ gratuitâ, Bene pro ſeculo & provide. Fiat auctio: & væneat Lipſius (quiqui licebit) præſenti pecunia, & ad me veniat. Negas fieri velle. Ego faxo haud erit *factius* opera mea. Res tuas tibi habe, & vale. Sedulium redde ſi nauſeas, ſi non ſit tui palati edulium. Middelburgi xv. Kal. April. ∞. Ioc. VIII.

EPISTOLA XIX.

AEGIDIO BURSIO.

QUi verbis fidem facit, næ ille in mari fundamentum jacet, mi Burſi: fugacia enim ea, & vix unde prodierunt concenturianda; minus ſane quam Sibyllæ folia, bis ignem paſſa. Quorſum hæc mecum? inquies. Jam argumentum dabo: nuper de locanda inter nos ſermo. Memoriter meminiſti: ſed & intervallatum nobis aditu triumvirorum. Romanos cenſes? ſint nec ne ſint, tres eſſe calculus tibi dabit. Probos tamen faciei filum probabat. Non declinamus: at ſine figura & morſu dixerim, *pithecium & ſpinturnicium* eos eſſe: ſi ad feriem Romanam eos appendas. Fæx fraces floces præ illis ſumus, quotquot nos habet ævi ſenium. Sed ſerio. Cautum à te velim ut tempori noſtras æſtivas temperes. Ut familiarem habeamus Larem noſtrum & comtum. Noſtrũ inquam, ſed libentiâ veſtrâ & gratiâ. Agnoſcimꝰ ſymbolum: magis etiã quod præter equam & Phaleras ſpondes. Ergo ſi vir es, ut es, ſta pollicitis vel ſi mavis ſede. Nam ut video non adeo ad tuum guſtum ambulatio. Sin ſecus faxis, tum tibi ego apud Deos Lares, Penates, Anculos & Anculas dicam dico. Vale & me ama. Middelburgi III. Id April. ∞. Ioc. VIII.

EPI-

EPISTOLA XX.

PROBO GERRARTIO.

VAtes tu quidem es, nedum antiquarius de Proteo. Nam & ſe deformabat omnimode, & niſi coactus reſponſa dabat. Utrunq; examuſſim *mihi expetit.*

Nam interdum fio Iupiter quando libet,
Huc autem quom extemplo adventum apporto, illicò
Amphitruo fio, & veſtitum immuto meum.

Non ſum natus iniquo vertumno, ne me cenſeas manus tibi dare, vel cauſam non dicere, quin vera narres. Ultro te dilaudo nominis mei Dictatorem. Nam *callus aprugnus æque non callet* atque tu fabulas. Sed, Gerrarti, *portum* pauliſper *appone.* Cum verſurarius fio ſemper unum cautio eſt, ne defioculus. Multos & nos Soſias notamus & venatice chamæleontes ruſpamur: quod identidem nos differt, & defæcato animo eſſe negat. Solamur tamen: quod ſontica cauſſa à nobis nulla; quod in nobis nil præter ſandalium admordeant. Reſpondemus tamen nunquam, nec vel coacti: quod tu nobis cum Proteo tuo adcenſe. Ad quid enim cum illis ſerram hanc reciproco? qui quidem niſi ſtrigmentis me compotirem: addo quod andabatæ omnes ſunt, & niſi clauſis oculis certamen cernunt. Cum his me in arenā

compo-

componam? ubi vincere, quam victum eſſe, minus ſit gloriæ. Ita demuſſatæ hactenus contumeliæ, quæ ex plauſtro ſæpe in me jactæ, & ex veteri, confertim. Nec miraberis ſi nomen meum ex re poſſideam. Petrus ſunt ita ad convitia occallui: non homo ſed tupicaper.

Tum autem Syrorum, genus quod patientiſsimum eſt
Hominum, nemo extat, quem non anteeo patientia.

Interim Martialis hic Jupiter *minus extu* mihi placandus Cave inquam Gerrarti; ne meâ cauſsâ *tuos ramices rumpas.* Sum in te qui fui: ita ideas Platonis & Ubios teſtor. Tu ſi es: popularis cœna dabitur; & te dignum patella operculum. Si eſſe abnuis, tum extra catulariam eo ut ſideri iſti rufa cane litem. Vale. Middelburgi Idib. April. ∞. Iↄc. VIII.

Epistola XXI.

Marcello ab Eversdyck *Advocato.*

SEdulium, quod pollicitus. mitto. Tarde inquies; nil refert, dummodo ſedulo. Mutuum amico dederam; ſed mutuum ille mihi, hoc eſt verba. Nam biduo ſtato. bidens ille, biduo auctior factus. Bidens? imo *Corbita in tranquillo mari.* Quid facias? niſi ut inde Græcorum merceris fide: de quibus Plautus.

Manus oculatas habent, credunt quod vident.

Quan-

Quanquam quid juvet Argo argutiorem eſſe? cum hoc ætatis ex arte uſque fiant technæ: imo unica pæne ars ſit *præfabricare*. Exulat candor omnis, niſi is qui oculos delinit, perſtat. Hæc ideo tecum, ut videas, quam ſim ex mora ea morus. Doleo, inquam, in veſtibulo hoc amoris fidem meam ſuggillatam. Sed innocentia penes me, apud iſtum culpa. Tu judica, & reipſa fruere Sedulio tuo, quē ſcio jam diu animo. Simul *abuſus* fueris; & indicium à te fiet, per puerum hunc repeto. Nam & alii ſe oculatos magno emunt. Videre inquam, vel ipſius N cauſſa, quē fronte præfert. Adeoſunt nunc jam ſubroſtrarii homines, in reliquis ne averſeris porro noſſe Gruterum. Qui ſe tibi, & quotquot ex tuo ſubſellio, non modio ſed horreo admetiri adlaborabit. Spondeo & arram has mitto. Vale & me ama. Middelburgi VIII. Id. April. ∞.IↃC.VIII.

EPISTOLA XXII.

GVILIELMO van DYCKE *Secretario*.

QUaſi qui in itinere eſt vialibus litat, ita nos qui nuſquam magis ſumus quam nullibi, *propter viam* ſacra facimus *Herculi & Sanco*. Næ tu inquies, iniquo Vertumno es na-

tus. Fateor; vix ætas vidit, vel eſt cui magis malâ manu objectum *paraſcythari*. Vix annuas homo, vix pulex momentaneas ſedes habeo. *Exædificamur* levi ariete: eo leviori quod volentes inclinamus quo inviti trahimur. Sali ſubſulum dixeris: & ut Satyris ortum, ita occaſum illis debere. Quidvis tecum fero: nec à magno Ædile decretum, vel lex refigenda iis qui ædes colunt vel Laribus litant. Decimus quintus annus nos jam currentes videt: & cũ ſedentarii tamen levi cogitationis alâ terrarũ orbem pervagamur. Necdum tamen in talos *flemina*; ut etiam aggrandire gradum videamur. At quid dum adeo tumultuas hamaxobius, inquies? publica & privata ſi diſpungo, tanquam meſſis horna ſuccreſſit uberrime. Cauſæ inquam, quæ catenam in labyrinthum gyrant. Ad quas viatico opus ſi recenſeam, ut illi ad nomen. Una tamen obiter; ævi hoc ſenium, & in eo ad convitia non frigida aut effæta mens & manus. Ubivis tamen gentium ſua labes, nec à tergo ſæpe ſed in fronte ſua vibex. Fateor, & alibi te beatum, quam in mundi volutabro hoc immundo, alibi tamen minus obnoxium bonæ famæ hirudini. Amo te, quam tu mihi gentem (pravitas quorundam notatur) dabis contra linguâ ingentem & largam præut Belgium habet,

& alit? alibi in Venerem, alibi in Bacchum admiſſura, & in hoc apud noſtros elogia clara. Sed hæc illis peculia, ſua Belgis Hecuba mater eſto. Primitus hic pedem fixiſſe credam cum ex orco triceps ille Cerberus exauſpicavit. Nec tu facile refigas, utique ſi illi Bulga. His beatum nil, præter nomen; nec ſi e Jovis gremio enixum. Hic viarum compita ſalibus plena & invia: ut Neptuno etiam quid debeant. Domi minus tibi Lar familiaris, & penitus ipſi Penates. Foris ex equis, & vel ipſi equi tibi oppedunt. At ex plauſtro meliori commodo & uſu convitia ſparguntur: ne tu antiquarios Belgas meos neget. Denique Cornucopiæ hic: & Achelous in taurum mutatus detracta ſibi arma luges. Arietant, inſultant, alludiant, lambe-rant: ſed ut canes in lapidem, ita illi in abſentes. Tuto & ſecure: quia minori periculo ex Tripode vaticinia petuntur. Ad hoc etiam cum ſagittario illo cato partem habent. Ob artem celebris, incoram Rege, nec invitatus, nec invitus arcum torſit. Timebat nim, ne ob præſentiam Regis, utut peritus, periret: nec pro ſpe rem daret. Noſtri imitantur ſatis feliciter ſed minus verecunde. Quid? quod & in os, ſi morbus perci-

 pit, ſel

percipit, fel illud obſipandum, minus ſæpe tamen, & vel minis. Sed ut, cui ſpirituum copia in oculis, remota; cui inopia, admota ut videat, quærit. Ita illi *quia machæra longior*, latus tibi melius ab intervallo fodiunt: pugilice, & athletice, cum Plauto. Hem roſas Belgarum capitibus! non meas ne ſuſpiceris. Ab Eraſmo olim ſparſæ, à Lipſio digeſtæ, à me in coronã plectilem circinatæ. Neminem tango, niſi eum qui *Craſſo infortunio* dignus, hoc eſt ſontem. Multos habet Tagax illa Laverna (non nego) generi ſuo monumentum. Paucos eos à Cereris ſacris, vel Soli quærendos dabis, qui omnia videt. Democraticum hoc imperium quid in Democratio habeat? ut nomine ſuo dupliciter ſit notandum. Non tamen me involvo iſtis undis, ne cum Laurea Lipſii ego quoque luam. Paremus cum Libentiâ, quia paremus inter eos; & unum nos cœlum involvat. Dixeram cœnum; niſi lutulentum eum ſcirem qui ſeſe lutulat. Ut Arethuſa rivo ſuo ripas mutuatur non mutatur: ita nos à pice liberi etſi cum pice. Hæredium tamen cuique ſuum peccati: felix qui minimis urgetur. Eo dico ut judicio non morbo hæc ſcripſiſſe ſcias: nec unam lineam cum illis, quos culpo, trahere. Semel fuit dicendum: quod tamen & coram tecum liberius & à causa eſſe quod di-

ctum, tu non neſcis, ego non itero. Hoc tantum, fomitem huic malo ab invidia eſſe, & nimio ſui pretio. Multi ſibi Catones, Solones; cur vel æqualẽ ferant, vel nõ differant inæqualem? Lancem tamen hanc cape. Vide ſis appendas a primâ portâ uſque ad poſticam; quã non hoc aridum argentum, ſed multo cœno delibutum! Placentinos multos & Egidios, tibi æquilibrium dabit: nec æquilibrium, niſi detracto alieni nominis pondere. Itaque ſe palpant, alios obſtrigillant: & gloria unica, omnes eſſe ingloríos. Sed qui tandem cacochymiæ oblatrandi conſulas? non verbis: quia ſilicem ſi teras, voto tuo ignem dabit: ita illi materiam habent omne diverbium, quin regerant promte & *affatim*. Sed lege: quod à te cautum velim interperitos legum primicerio. Ridere te ſcio; nos te ſcire ridemus, nec penes quos rerum ſumma, cauſſam hanc agere. Quid enim? qui ſe inclatrant vel noctu vel interdiu in alienas ædes pro ſepulchro crucem habent: cur non & qui ſe in alienum nomen? hoc inquies, libero utantur, quod in nervum dare nemo poteſt, linguâ. De tuo ergo illis tu obſona, ſiqui paraſiti vel mures, alieno delectentur. At nec ita efficies quin

Quaſi murteta junciis item illi te linguâ circumvinciant.

Obtrahant vel pipulo differant. Modus ergo à vobis detur; & ſi modeſte hoc nequeat, in Taurum eant, qui inſultando toties ſe petulcos produnt. Sed perſedit malum; nec evellere fas, niſi eum mundo ſimul Atlantem ſuppedites. Nam & eruditos aliquot reperias, in hoc gymnaſio ſatis tritos. Quos corrigere, niſi fati illa æterna, & ineluctabilis, corrigia poſſit. Cautio ergo unica noſſe in cornu fænum: & cum Propheta pulverem excutere; ut tranſennam facias ad loca minus à tali labe. Quod ſæpe facimus; & nunc etiam hæret ſententia. Brabantia forte nos expectat: & ſi pacis ſucceſſus, nemo mihi diſceſſum moretur vel ad Antipodas. Nuper invitatio à Viro Illuſtri N. in Hiſpaniam, rebus inquam ſartis tectis; cum mercedis erit pactum, & à Rege manumiſſio. Nam ut nunc comes ſim, carnificina illa & pernix gralatio Angarorum vetat. Et quid peccem? Si & hæc loca oculis uſurpem, quæ toties mente & animo. Nil tamen diſinio; & æterno motori has etiam aureas cedo: qui nos regit, ſeu quieſcimus ſeu imus, donec tandem ibimus ut vere quieſcamus; quod tibi & mihi opto, mi Aggerate. Sed quoquo tandem nos fata trahent, monumentum relinquemus momenti exigui; & invidendum tantum illis qui parum vident. Epiſtolas inquam damus,

poſt

poſt Eraſmi & Lipſii minus ſecundas. Fatemur: nec hoc tamen ante parta gloria nos deterreat, cum etiam malis ſua laus ſit & decus. Quæ mihi mens; ut velle nos oſtendam, alios poſſe. Et quid tamen adeo repam? Cum & Muſis natus videar, vel ex eo quod Heinſio placeam. Heinſio? oculeo vel ad invidiam ipſi Argo. Candido, ut ſi luciſcat ab Heinſio radii ſumantur. Denique Heinſius mihi iſti navi prorera & gubernator. Quidni hoc mare ſulcem Portuno propitio? Sed & Herculi & Sanco propter viam rite litatum. Tibi inquam & Puteano noſtro. Cui etiam melior pars ſuſcepti conſilii accepta fertur. Pergam ergo in hoc triumviratu: cum hic & ille laudes, Heinſius etiam operas locet. Serio quidem, nam ad prælũ, operam ſuam ſpondet; â nemine vadatus; ſolâ munificentiâ ductus. Quam ni agnoſcam, ipſe ſim prælo vel torculari committendus. Vale doctiſſime Vir, & manũ hanc in præfractorum quorundam limites vagantem, excuſa. Nã ſane in probos mens mihi æqua: quorum ſi alibi, in Belgio magnus *theſaurus*. Rogatos ergo volo ne grandinoſum hunc calamum ſuam calamitatẽ faciant Scire velim quando adfuturus Theſaurarius veſter N. cui fini, indictum noſti. Iterum vale, mi Dycki. Middelburgi, XVII. Kal. Maii ∞. Iↄc. VIII.

EPISTOLA XXIII.

GOTOFREDO CORNELII.

CLarum inſigne benevolentiæ, in me dediſti, mi Gotofrede, tam ſedulâ ad pacem operâ. Peccarem niſi ſtricturas quaſdam bonæ notæ, aut à gratiis ſignum darem. Leve hoſtimentum fateor, pro re verba, hoc eſt, in mari fundamentum jacere. Ubi ſi quid ſuperſtruxeris, levis auræ turbo conturbet. At quod poſſum, præſto. Papyro me conſigno, hoc eſt cortici, animi mei medullam infigo. Gratias inquam ago: quod ſerio feciſſe ſatis ſit, nec niſi fatali illo igni demutandum. Tu votum agnoſce; & ſicubi negotium dabit, uſu tuum. Quid ni? à Deo creati, à te in melius: & cum fænore reddam quod dediſſe te non ego muſſito?

Non placet qui amicos intra dentes concluſos habet. Minus æque qui amice facta, & tamen ex æquo, non te huc affectus traxit; nec effectus depulit. Munus tuum aliter ſuadebat, aliter nomen. An non enim tu Gotofredus, hoc eſt, Dei pax? Interpres olim, nunc etiam in proximiori ſubſellio Angelus. Cave ſis Tropologia offendaris. Serio hoc per jocum dico. Ringantur qui ſe ſordes cum pulviſculo everriſſe vellent. Heu ſeculum! omnes vicarii tantum

ſumus,

ſumus, incolæ & accolæ: noſtrum omnia nihil. Ad quid ex eodem omnes luto, lutum hoc aliis invidimus? Non ego: & niſi ad exemplum à me ad diribitores itum. Diſcant ergo Plutonei iſti, & *argenti accipitres*, dolo, fraude, furto abſtinere. Eſt Deus qui videt: & pax Dei, hoc eſt, Gotofredus qui invidet: & propiori lumine cernit & diſcernit. Perge hac ave: & voce ſimul & facto juva, qui terrena hæc repunt. Gratias apud Deum habiturus vel malignorum ingratiis. De pace publicâ ſermones adhuc ſunt, hoc eſt apud vulgum diſſertatiunculæ. Res apud Septem viros, & Deum illum eſt: qui ignoranda novit; & præſentia ponit, diſponit futura. Magna tamen ex ſignis ſpes, imo certo affulget; ſi vota partium audimus. Sic tandem decet: & quos cœlum unum involuit, etiam pax una ſoſpitet. Nam quouſque ambitioni quorundam ſervimus: & de relligione ſine fide, & de fide ſine relligione agimus? Utrumque coëat; & qui aliter vovet, eat. Neyenius noſter totus in eo, ſi modo in toto Rex. Bono organo mala ſæpe patramus. Attalem non agnoſcimus: & pro veteri reperimus. At fraudes ſæpe latent hoc mantelo. Jam hoc nos ſcire ſolum ſufficit. Caveatur cui fœnum in cornu. Quanquam ſerio dixerim nil in eo niſi candor; & mecum

dicent qui mecum aliquid vident. Nec mirum; qui antea totus noſter ſi antiqui quid ſeminii obtineat. Sed dies & ætas docebunt: & magnus ille Dictator, qui nos regit qui
——— *Quamvis faſtidioſus*
Ædilis eſt, ſi quæ improbæ ſunt merces jactat omnes.
Vale mi Gotofrede, & qui rem mihi, etiam amorem tuum concilia. Middelburgi, XVII. Kal. *Maii* ∞. Iɔc. VIII.

EPISTOLA XXIV.

HENRICO BRANTIO ET LAURENTIO BOENARTIO.

IN conjugio vos appello: nec officium hoc fugite, qui uterque in eodem. Vos lingua & præcones Dei; cur non hoc in os ſimul utrique? nec tamen effutio: & ſi cauſſam attenditis non longe tenditis, quin auriti ad ſtatis. Ad vos inanis eo, & vacuus qui nuper à vobis onuſtus libentiâ veſtrâ. Sine magnâ mole inquietis. Emoliri tamen quantæ fuit molis, vos ſcitis. Abſit laudem hanc vel delaudem vel emolliam. Atque hoc etiam in pudorem damur quod verbis tantum & inaniloquentiâ. Gratias ago: nec ultra ſalio: etenim obmutui. At licet in nervo lingua, mente tamen al-

tum domu; nec demuſſatah abeo beneficia. Ita gratiarum ſit perpetuum columen. Fortè an olim patiandi tempus; ſi temporo & hoſtimento res commoda & pollucibilis. Nam nunc medius fidius ſatis lauta vel lota, parum habet ſplendentis iſtius luti. Nil horum quæritis ſcio: & me judice quæſtioni ſuperſedere. Nam inaniæ & araneæ nobiſcum: hoc unum tamen, quod non ab Euclione progenies. Meipſum pando & perviam facio. Pæne dixeram N. Sed peculium hoc Branti negas, Laurenti optas quidem ſed tuum. Tu quia habes, tu quia habeas: uterque dignus vinculis hiſce. Valete & me quoque porro obſtringite munificentia veſtra viri humaniſſimi. Middelburgi XVII. Kal. Maii ∞. Ioc. VIII.

Epistola XXV.

Marcello ab Eversdyck *Advocato*.

ALtrinſecus tibi debeo, Vir Doctiſſime & quod Sedulio meo uſus: & quod abuſus redhibes maturrime. Ego quid reponam? Meipſum & ſub haſtâ tuum. Quanquam quid adeo fortunæ reduci litas? non te angariavi: & es à Lege Juliâ indemnis; nequis repetundarū tibi dicam dicat. Frui ci licet, vel uſq; dum regnum Juppiter tenebit. At terminalibus operamur,

ramur, inquies. Non rite: quia termino Deo nullum hic fanum. A fonte hoc quivis ſibi collicias derivet. Hem ominoſum, inquies, ex petrâ fontem! aridi ſumus, fateor.

Genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.

At de re ſi quid deſit, animo illi ſupplementum fero; nec *palum præ me in parietem figat*, undabundus ille Patet Oceanus. De pleno ergo tibi ſume, & me utere ſi quid utibilis ſum. Si ſatur faſtidias, elige circenſium ultimum, hoc eſt, inſtauratitium diem. Facile me propitiaveris, qui nunquam inter Vejoves. Serio, inquam tuus ſum; & redux Sedulius; vel ſi quis ad te iter parat novus advena. Ita perpetuum ſit Veneris & Gratiarum columen. Quidni hoc voveam? labili ævo, ſede inſtabili. Semper nobis à tergo mors, vel ut ille inquit, in olla. Protollamus diem meritis, ut apud amicos poſthuma ſit munificentiæ memoria. Vale Vir clariſſime & me ama. Middelburgi, xv. Kal. Maii ∞. Ioc. VIII.

EPISTOLA XXVI.

ANTONIO VVALEO.

CUm te corde voluto, mi Walee, nunquã me mirãdi ſatietas capit. Rogaram expeditum mihi redderes illud Davidis Georgi opus,

-pus; quod quaſi pedicis vinctum apud hæredes hæret. Tu erogas; & vel negas ſæpe officium. Non ſum, inquis, obnoxius Tutelari. Redi in rationes: es vel quod in Vicarias curas te induiſti ſponte tuâ & libentia. Doles factū: & verſoriæ dicam dicis. Me Conſule Triumvir menſarius exeſto. Hanc tamen monetam appende poſtliminio. Tu lingua & præco Dei, cur hanc tubam ei invides? Cur unde exauſpicarunt Hæreſiarchæ iſtius prodigia redauſpicanda cenſes, nempe in noctem æternam. Joviſte dixerim, emortualis hic illis dies, niſi tu ex latebras Orpheus Libitinarius. Nam jam in morbo ſontico: & nec oculis nec gulæ ſplenium aut faucale ſuperſit. Sub haſta ſunt, ut audio: & levi pretio ludibrium debent, niſi tu inſtitor caveas vel Jupiter ſtator. Siſte inquam Davidem fugitivum: & ab igni eum vendica, ut urat eos qui pro aris ejus & focis nimis quam calide micant. Serio loquor, nec gratia deerit: imputabimus tibi, mundus, ego, Pater: qui in eam ſpem prolem hanc etſi ſpuriam eſt enixus. Nimiſquam labori eſt, ut reſiduos, ita & hos ſudores patrios limis haberi. Penes quem olim ſumma rerum, flocci eos fecit. Merito; quia non de ſumma; nec Euclioni huic quid inclatrandum. Donec lixa ego, pithecium & ſpinturnicium, à blattis eos & tineis

tineis manumiſi. Etſi pars etiam bona imme-morabilis ſiluros obtegit. Siderata illi lingua qui factum negat. Hic tu mi Walee, vicem meam Curio eſto aut ædilis. Vide ſis, ne quid reſpublica detrimenti capiat. Cum Venere hoc à te facile; mihi ne Mars quidem apud imbelles illos Martius ſatis. Quod volo nolunt: quod nevolo, id obſtinant. Nec alibi elementa magis in ſuo genio quam hic. Cauſam tu quæris ſcio. Ego quæſtioni jam ſecula operor: malo augurio, uſque dum mihi in tales flemina. Portum ergo appono ad templum fortunæ reducis: & paci hæc lito: res ſuas ſibi habento, meas meo remigio gero. Vale mi Walee. Middelburgi XVII. Kal. Maii ∞.Ioc.VIII.

EPISTOLA XXVII.

NICOLAO OLIVARIO.

VEre alibi Lipſius noſter, Buccones, blenni, ad faſtigia rerum evehuntur. Et quo quis frontem magis perfricuit, eo magis ambiendi hanc aleam ſubit. Res non unius exempli: nec demonſtrandi hic Mathematico negotium. Tertio abhinc lapide ſi voles, reperies. Et ô felicem ſtatum niſi tot portentis reſpublicæ abundarent! Hinc non ex voto ſæpe res cadit: & publica ſive privata ſi diſpun-

go, malorum uber, & ſeges. Sed maculas has abſtergamus ſpongiâ illâ fati æterni: quo regimur & inſciis, imo nolentibus humana ſæpe, mala manus proſperat. Ut vaticinium hoc vetuſtum agnoſcas,

Sæpe jam in multis locis plus inſciens quis facit quam ſciens boni.

Dormiamus ergo in utranque aurem? nec tanti virtutem emamus, ut per hanc ad gradus aggrandiri gradum credamus. Favitoribus ambire oportet non virtute. Sat rectè facit cui favitorum abunde eſt. A Plauto venia ſit, ſi recalcitrem olim veriverbio. Nunc ætas alios mores poſtulat; præut cum Fauni & Panes regimen tenebant. Sat Quercus, quando ad ficulnum inutile lignum affabre demutavimus. Ex quo non Priapus ſed Dea olim Fatua miro artificio edolatur. Cui jam litat quiſquis Plutoni aut Opi opulentæ ſacer eſt. Et ex voto quidem. Nam de Patrono es anxius? Eccũ tibi ex aſſe vilem, ſed probũ: & qui Atlas humeris vel mundum vel immundũ fulciet. Nec rivalem metuas; niſi ſi Deo Manduco devotus. Nam offam tibi catus præripuerit, utut ſaliarem. Hic tamen ſuſurris & clamore compenſat, & rumifera quidvis. Etenim vacivas aurium ædes reperies & inoculatas manus quæ credent etiam quod non vident.

Scien-

Scientiarum tibi affatim: quæ quidem pulicũ pedes ſunt, vel ſitus tantum ventilabrum, quē ex libris excutias. Quiſquis tamen eſt, ſtipante Mæcenate aleam hanc ſubit. Prorepit togâ candidâ, augurium capitur, Deos orant, manu mittunt, diploma addunt, videat ne quid reſpublica detrimenti capiat. Hem Metamorphoſin & vices rerum! Quã ſubito hic Corvꝯ ex Currucâ redditur! & à Cornu copiâ liber, non ultra bovi eſt ſimilis; nec ut agnus balat! Nemo hoc doctior vel Patroni judicio. Hiſtorias callet ut callus aprugnus: & quæ facta & non facta reminiſcentia quâdam Pythagoricâ pernovit, circa braccam Ariſtotelis, nemo vel ſutor verſutior. In Analytici etiam prioribus magis ipſo autore reſolutus. At in poſterioribus, neſcio quo malo omine, ſeſe olim coinquinarit. Nulla tamen ætas ad perdiſcendum ſera: quin ambulat ſuffarcinatus *cum libris, cum ſportulis tanquam Græcus palliatus.* De jure porro ne quæras: injuſtus eſt præ hoc vel ipſe Juſtinianus. Et ſi quem titulum, cum certe de inſpiciendo ventre pertrectare novit. Etſi meſſem hanc medicis ipſis demetat, nil refert. Pax eos ſoſpitat quando ad unũ hoſpitiũ Bartolus & Galenus divertãt. Hinc Siphones urinarios magis an Paragraphos devorarit duellum

duellum ſæpe oritur. Ego Medicum arbitror, juxta & Legiſtam: & utro major ſit parum intereſt, diæreticam certè prænovit vel Triumvirorum Epulonum judicio. Dignus ſane qui inculinus (peccavi, inquilinus volui dicere) Romæ decies centena millia nummum ſeſtertium annua habeat. At ne inertem hunc credas: cumulus in eo liberalium artium. Hinc tam pronus & torvo vultu eſt, pondere nimium moleſtante bajulum. Et ſi de prærogativa nominis quæras, in arduo negotio Plautum tibi reſpondentem dabo,

S y. *Magnum facinus incipis ſic petere.* C h. *quid ita ?* S y. *quia pater*
Si ante lucem ire occipias ab ejus primo nomine
Concubium ſit noctis priusquam ad poſtremum perveneris.

Quod ſi ne ſic acquieſcas percunctator, tum te in pergulam cum proſedis mando, ubi quæſtioni ſatis erit reſponſi. Sufficit è Jovis gremio hunc enixum, ex quo favētiâ publicâ admiſſus: Mæcenatis alicujus albo calculo obtruſus. Hæc ideo tecum, mi Olivari, ut doceam quam non ſim animo fractus, ex quo medicum hoc forum ingreſſus. Spes utique tenet, ſtultitiam me quoque alibi collocaturū, ſimul nactus fuero Æneam qui Anchiſen hūc humeris gerat. Fidei nil amplius credo: ea

ſublevit os mihi peſſime: & cum Euclione locum theſauro mutabo. Cautius tamen: nam emiſſitios eos oculos è ſpecula arbitrabundos antevertam. Et ſi quid biſulci in lingua, detergente aliquo poculo & aſtringente medebor. Si quid moliendum apud Jovem, Mercurio iſti alato & levipedi certum eſt nil accredere. A Tabellis enim perfidus eſt & ſuadâ mendax. Etſi fronte ſanctimoniam præ ſe ferat & cum Dijs negotia conferat. Quid ni?

Humanâ matre natus eſt, humano patre.

Et ab utriusque contagione infectus. Nec mirum ſi mortales cæteros labes inquinet. Vale vir humaniſſime, & me ama ut ſoles. Middelburgi, pridie Kal. Maij ꝏ. I ͻ c. VIII.

EPISTOLA XXVIII.

DAVIDI DOUTRELEAU,
Doctori Medico,
S. P.

NEquam illud verbum eſt, benè vult, niſi qui benè facit, mi Tranſaquane. Jam inde olim ſermones commiſcuimus: & viciniæ illud detur, quod tam commodè. Annon idem nos impluvium involuit; & ex ſuggrundijs tanquam pro roſtris cauſſam ſæpè diximus? Horum omnium vaſticies & calamitas à mutatis æſtivis nobis obveniet. Sed feramus hanc

ſortem

ſortem homines, qui ſemper in tranſennâ, donec nos æterna illa ſedes firmabit. Solatio interim ſit literario iſto aratro Veneris hunc hortum urbare; & oblivionis ſentes averruncare fœderis falce; quod niſi à Gratijs nobis pactum. *Non ſum polluctus pago*, nimis mihi hæret, ſi quid benefactum: nec mente tantum, ſed & linguâ philothecam hanc colo,

Non placet qui amicos intra dentes concluſos habet.

Malo ſi quid benefeceris, ea gratia interit. Benemerenti ſemper poſthuma, quam mente, linguâ, & ſi uſus, opere etiam explicat. Quod nunc facimus, ſed conatu tantum. Mitto ad te Menippæã quam petis. Hem epulũ, inquies, dapſile aut promulſidem lautam! æquabilis ſum, parum poſſum, parum præſto. Attamen ſicubi negotium erit, me tuum habe: & *dicta facta ſuppetent*. Mellinias verborum amove.

Pulmoneum ædepol nimis velim vomitum vomat,

qui amicum inconciliare fugaci ſono poſtulat. Reproces homines: & quibus biſulca illa lingua non radicitus ſed eradicitus admutilanda. Ita Ajus Locutius faxit & faveat. De ſtribligine noſtrâ teſtudineâ, quæſo ne angaria. Natum mihi opus in morbo non te Æſculapium expectat. Equi ſenium verè dixeris, ut in proverbio eſt. Mecum enim, ut tunc eram, languet: nec ſeſe attollit, niſi cũ conatũ addit

magis etiam jacet. Heu malè feriatum calamum! Sed premo, hoc tantum præfiſcine addo, quædam ibi tractata, ad quæ Marſyæ iſti aut Luſciniæ non aſcendunt. Gingritores veri, & ob meracum vini hauſtum tanquam ranæ brecececizantes. Quid? quod ſummum bonum digitis metiuntur; ut illi apud Ciceronem peccata. Et cum omnia fecerint, jam chiragra eos tranſverſim rapit, cui tu non niſi aurea Alexandrina medearis. Sed ſuam ſibi ſpartam colant, nos mutuum amemus. Vale & me ama. Middelburgi, IV. Kalend. Maij ∞. IↃ C. VIII.

Epistola XXIX.

Joanni N. Filio.

Neminem omnibus horis ſapere, verè dictum & in te quadrat, mi Jane. Quem quidem ego cum Argo oculeum totum credidi, is factus es deſioculus. Quam enim liquido rationes nobis diſpunxiſti! dignus profecto cui ſuffragio candido Triumviratus menſarius cedatur: aut cui aſſurgat ipſe Pollio Aſinius, qui horarum omnium & numeris uſq; abſolutus cluit. Adeo tu quidem numeros meminiſti, ſi verba teneres. Mercurio ergo lita; & minis extis placa. Sin ſecus faxis tum tu verſurarius eſto, & ex Jano bifrons.

Sic te

Sic te Vertumnus beet. Ecquid edictiones baſilicas aut ædilitias habeo? nec tamen joci res eſt: & ſi medicis credimus calculo laboras; eundum ad Juſtinianum. Quid? inquies, dicam mihi dicis? Cave ſis Clinicis jus ſuum deeſſe credas. Tribunal illis: ſed ubi nil niſi liquidum tribuitur: aut ſi ſolidi res eſt aurea Alexandrina. Nam ex Turbith offam non niſi rebus turbatis offerunt. Itaq; delenificis primum Nephritis tua placanda, aut ſeſamo aut papavere. Quod ſi dicto audiens fueris, eccum te ad incitas morbi. Nam nec te mors ultra expectat, ex malè compoſito calculo: aut quod non inſolens, aqua intercus. Sapienti ſat dictum. Te obteſtor, mi Jane, per Mercurium tuomeum, ut ſuadelæ noſtræ ignoſcas. Theſaurus nobis in linguâ; largimur affatim, apud eos, quibus à candore nota. Nam nec errori quidem tu velum obtendis. Quod te dignum eſt, æquitatis amantiſſimi filio. Ita perge: & beatitas hinc te æterna expectat: & à nobis gloria, ſi unico hoc exemplo te nobis probaveris. Vale mi Jane, & me ama. Middelburgi, IV. Kalend. Maij ∞. IↃC. VIII.

EPISTOLA XXX.

GVILIELMO van DYCKE *Secretario.*

F 3 *Fidei*

Fidei cenſebam maximam multo fidem
Eſſe, ea ſublevit os mihi peniſſime,

mi Dycki. Triumvir ille menſarius me verbis immerentem ductitat. Hagæ comitis enim ſuper re mea interpellatus, en inquit, adſum vel literæ meæ, ſimul Fortunæ reduci lito. Altrinſecus nihili ſum: non venit quem volo, neque id quod volo. Non magis quam ſi capital fecerit, aut morbo ſontico ſiſtatur. At compotem tamen ad ſuos redijſſe à Moneta tua Junone percrebuit. Et jam Deam Nonam & Decimam annuere credidi, cum verendum magis ſit ut ſequatur mali augurij Mortam. Adeò intempeſta hæc proles eſt, & uteri clauſtra pervadit ringente Lucina. Ille, inquam, nullus apparet: nec propiùs accedit, vel in cera. Quo magis ſpondeo chiragrâ eum teneri; qui nec calculum nec calamum movere norit. Quid? quod meas demuſſatas habet: quas binas ad eum miſi? Quarum certè priori Creta omnis erat Oratio. Adeò blandicelle hominem perfricui.

Habent enim hunc morem pleriq; argentarij
Ut alias alium poſcant, reddant nemini,
Pugnis rem ſolvant, ſi quis poſcat durius.

Obſtinavi tamen ut facerem; & alteras deſtinavi cum uncis & tribulis caſtrametatores. Ad quid enim Fabius admœnirem hæc mœnia?

nia? quæ jam inde olim ſeciori mancipio obnoxia? Exerre ergo mico, nec inducias ultrò do aut cum Condalo Maſoli tricas. Anteſtor apud te; & argentario iſti ad Tutelarem dicam dico. Non moror rugas ſanctimoniæ, quibus ſe probare ſtudet. Eſto ille alijs vel Caſtor vel Pollux, mihi Terminus Deus in voto: & lex Julia de repetundis firma & ſtabilis. Experiri certum eſt: non per *cuniculos*, (quod fortè apud eum non inſolens) ſed aperto Marte. Næ ille aliqui expiabit ſubleſtam hanc fidem. Clarè loquor: ita Empanda Dea faveat, non ſub tecto Circo Conſus. Quorſum enim hic Hetruriam colam, ubi pretium nullum eſt, aut gratia lenocinij? Cum interim ille de alieno fartum facit, & obſonat lautius. Addo quod palpus illi, mihi ſtrigilis ſit: ſi cum eo conniveam, alij limis videant, aut anſam captent inſtauratitiæ litis. Quod non ſiniſtre eſt qui opinatur, nempe, ubi inter nos arietemus, ille lanam legat. Protollit ergo rationes mecũ, hoc tn. falſꝰ, quod cum te ſua: nã modò apud Prætorem nomẽ ejus erit; & pecuniæ illæ alibi cũ lucello: ſi fors dabit ut herum ſuum nondum agnoſcant, & ad diribitores ex integro ſit eũndũ. Quod nec metuo: & opto magis appẽdicem etiam addici vero ſerio, & hanc quã vos malè conferruminaſtis Phryges, & illam quæ

operi debita, lautam & pollucibilem. Redeant ergo ad volutabrum ſues, aut Sanates fœdus iterum obliquent. Apud nos frigida non amplius obſipatur lutulentis; aut civitas donatur toties rebellibus. Ego Hirpinos illos aut Populoniæ cives nomen faxo mutabunt, & Tricam & Apinam eſſe dicas; adeò uſque à fundamentis non radicitus, ſed eradicitus evertam. Immigravi in ingenium meum: legem fixi. Nemo mihi poſthac arbitretur. Non placet argentum fœculentum, & quod litis ſcoria incruſtatum. Magis hoc ſit liquidum quam ſtella matutina volo. Deniq; Cæſarem tandem agnoſcant operam dabo, qui jam olim illis Menedemus ridiculum debui. Ita Tutanus & Tutilina faveant; & Tu mi Dycki: cujus aggere fas ſit ſubinde inſultantes has undas propulſare. Hac rate ſcirpea lucter & emergam. Vale mi Dycki. Middelburgi, III. Idus Maij ∞. I Ↄ C. VIII. Jam obſerare has volui, cum ecce N. adeſſe nunciatur. Ego curriculo ad eum, ut pœne talum inverterim. Malo omine: nam in cerebrum mihi poſtea dilatum malum. Iratior Theſaurarius, mirum quantum obſtrepit calidioris epiſtolæ ergo. Sed manus do, ambifariam. Nam undabundum verborum mellinijs æquo, ut fertilior abeam. An *profectò*, neſcio. Unum compen-
difeci

diſeci quod minus mihi motus. Præſente tamen teſſera leviculas quaſdam tricas ſpondet. nec mirum: reipſa enim commonitus fui,

Si quis mutuum quid dederit, ſit pro proprio perditum.
Si repetas, inimicum amicum beneficio invenis tuo.
Si magis exigere cupias, duarum rerum exoritur optio,
Vel illud quod credideris perdas, vel illum amicum amiſeris.

Sed ſolatio eſt in cauſsá æquitas; & ſcitum Ariſtotelis, qui *neminem vult excellere ſive amicorum, ſive opum copiá.* Iterum vale.

EPISTOLA XXXI.

JOANNI DIDERICO *Doctori Medico.*

ITa me Empanda amet,ut invitus heri à vobis diſceſſi, mi Diderice. Nimis me tenent Sylvani luculenta, & delinificus Luſciniæ cantus, vel ſi quæ pipilantium cohors hortos habet. Nam Gingritores cæteros, hominum mendicabula, nil moror: Marſyæ exuvijs onuſtos; ob ripas tanquam ranæ brececeezizantes. Muſica hæc alitum ſerio divina eſt; & Modimperatorem habet Apollinem. O te beatum cui ad minurientium hos ſonos ani-

inum compotire ab ægrorum nænijs datum! Nos alio fors trahit: & fato adſcribo, quod non tam defæcatos. Sicubi tamen negotium eſt, deliramus identidem, hoc eſt, ad lyram noſtram divertimus. Tranſenna ea pauci momenti ſolatio eſt: Ephœbo ſcilicet artis non ephebo. Non ſum tam ſaperda mihi ut Salapuſius quidam cenſet. Inanis enim prurigo, digitis ſummum bonum metiri, ut illi apud Ciceronẽ peccata. Larvam illi detraho: magna pertica me ſuperat; ſed cũ Plauto:

Faciunt ſcurræ quod conſueverunt, pone ſeſe homines locant

Nulla hic invidia; quin præfiſcine dixerim, erit etiam quod rogator oſtiatim petat. Nobis enim domeſtica eſt, quo ſpeculo inſcitiam ſuam arguat. Laudem tamen illi debeo magno poculo aut *Ananceo.*

Non enim poſſum quin exclamem, Euge, Euge Lyſiteles.

Facile palmam habes. Hic victus, vicit tua comœdia.

Hic agit magis ex argumento, & verſus meliores facit,

Etiam ob ſtultitiam tuam te tuerier?

Non ego: & herbam etiam porrigo, aut victori manus. Nobis enim meliori exemplo formica eſt; quæ in frugem prona; ætatem muſ-

ſitando

ſitando agit. Saliſubſulos eos, & à Cicadis genus, manè ſæpè articulatis præpedit; aut ob diductos ad ravim rictus, mentagra; cui tu non niſi aureâ Alexandrinâ medearis. Cum tamen interim gutturoſi ſympoſium publicum aquam habeant: & principium hoc rerum Philoſophis, illis finis eſt. Hæc tecum, mi Diderice, ut ſcias quam non mihi deinceps, incorporeum illud, aut atomi placeant. Apluda eſt, & intermundio natus, qui ſecius quid adfingit. Nuper Muſis arriſi, nunc barbiton Vacuna habet, & in pigro pariete teredo modo facit. Serij nil prætertinnitum aures habent: & animus ſæpè languet in vanum oblimato olim tempore. Nimis placet lex cachoraulorum averrunca. Ad quid enim ultra ſalillum hoc animæ gerris occupamus? aut magno deſtinamus, quod gratis, & cum gratia à cœleſti illo choro vile eſt? Quin imus ſturnatim & graculatim ad Herciniam illam Caroli ſylvam? Philomela unica modijs modos ſuffundet. Quid? cum Hortenſius ipſe ſuos æquiparat, ecquid tibi orbium cœleſtium rotatio *helciarium* eſt? Melleus enim modulator Luſciniam ipſam luſcam, vel deſioculam reddit. Adeò illam depudet certaminis. Et meritò: ſeu enim velles æolium ſimplex; Labracis laude dignus eſt,

O ſtirpe

O ſcirpe ſcirpe, laudo fortunas tuas,
Qui ſemper ſervas gloriam aritudinis.

ſeu Aſium varium; omnimodis peritus modificator eſt, & nequiter Plautus dixit,

——— Qui variè vivunt caprigenum
Hominum non placent, aut Pantherinum genus.

Seu Phrygium religioſum; en bona nos pax hoſpitat, ſi alterum receptui canit. Seu Dorium bellicoſum; redite ad Iberum veſtrum Hiſpani. Nobis Bellona placet, & Machæra noſtra,

Miſere geſtit fartum facere ex hoſtibus.

Denique Circes poculum nautea eſt, præ hoc quod bibendum dat Hortenſius noſter. Nec tu limis capias: ſeriò loquor, ſeu tu lyram ſeu ſyndapſon voles, expertum dabo. Breviter dicam; immigravi in ingenium meum; invideo. Nam æmulari nefas, à quo tertio lapide diſto. Tum hoc quoque dividiæ eſt, obbrutuiſſe me ad Luſciniæ cantum. Etenim aures meas minus doctas agnoſco. Midas adeſto: & largo naturæ munere hoc etiam munus arbitretur: vel ſi quem melior Apollo aſpicit. Vale mi Diderice, & Tinnitum hunc mecum fer, qui à Luſcinia veſtra inaudita auribus meis inſidet. Pridie Iduum Maij.

Middelburgi ∞. Iↄ c.

VIII.

EPISTO-

Epistola XXXII.

N. Catzio Advocato, S. P.

N*Egotij ſibi qui volet vim parare*
Navem & mulierem, hæc duo comparato.
Ego litem addo: adeò tibi ſi quam occæperis, moleſtiarum affatim eſt, ſeu de caprina lana, ſeu de pulicum pedibus, ſemper gygantæus labor. Quaſi ego nunc maritimis modis jactor, poſtquam ad diribitores à me itum. Uncis & tribulis confertam legem Juliam offendo. Ob repetundas miſerè obtundor; & de Erciſcundis hæres neſcio quam ferè *reſtio* ſum. Inclementer libet dicere Deo Termino, vel ſi quis Triumvir menſarius malè monetas appendit. Nam quæ hæc eſt captio? Mene tu meam prohibeſſis tangere Harpax? Sed premo; nam mox faxo apud Prætorem nomen tuum erit, & ſubleſtam hanc fidem expiabis maxima mali vindemia. Tu modò, mi Cate, juva conſilio tuo,

Exerce vocem per quam vivis & colis.

Nam Argentarius ille (de quo olim) præſente Teſſara tricas agit, vult nevult viciſſatim. Quando interim nos à pecu aberramus: & lupus hinc mirum quo ſupercilio ſpicit. De inſtauratitia, inquam, malè mihi metuo; dum

ille ſolvendi morâ morus mihi, anſam præbet interpolandæ litis. Atque inibi paſtor dum nos arietamus, lanam legit. Ecquid vafer exterebronides? Sed caveant Tutanus & Tutilina. Ego Praſſocuridi iſti domicœnium hoc excutiam: & vel pedibus ſublimem rapiam: vel pedicas indam lorarius, aut articularem Medicus. Negotium eſt formicino gradu qui venit, abeat. Niſi tu contra Cenſor cenſeas: & melius inſcitiæ noſtræ *arbitreris*. Melliniæ verborum multum quantum poſſunt apud Eucliones hos:

Habent enim hunc morem plerique argentarij
Ut alius alium poſcant, reddant nemini,
Pugnis rem ſolvant, ſi quis poſcat durius.

Sed qui minus libeat exerre micare, cum parum utibile per cuniculos admœnire? Jam inde olim Condalus fui, ſed nequiter expetivit delenifico triconi. Dies diem premit manando: & tacitum me obrepit fames, ille verò Aſpendium Cytharœdum agit; atque *intus canit*. Hic tu mihi, Cate, Dea Trivia eſto: judicium fac vianti quâ ripâ hunc portum ſublegam. Sub haſta tuus ero, vel imputabimus à gratijs, quod voles ut voles. Vale & coram me expecta. Middelburgi, Idib. Maij ∞.Ioc. VIII.

EPISTO-

Epistola XXXIII.

Meinardo Schipmanno, *Doctori Medico.*

QVod Plinius alibi, *multos miſera ſimul & ingrata imagine induſtriæ ad vilitatem ſui perveniſſe*, id mihi aptum. Forum enim literarum ingreſſus, mercem meam elocare ſudo, rarus tamen licitator adeſt, qui valori pretium æquiparat: & vereor etiam ne ſub haſta ipſe inſtitor haſta peream. Adeò Heraclitos multos, & aculeatos Menippos reperio. Quibus tamen à me ut fiat ſatis, quotidiè ſuperpondium augeo. Sed ut ad naufragiũ navis it, ſi preſſes mole; ita crepundia noſtra magis emtori vileſcunt, ſi quaſi obtrudas geminatâ copia. Quid tamen faciã? ut quos ſupellex curta, & fames urgent, forum mutant, viritim vendũt; & tandem pretium tolerabile obtinent. Ita ego: publicitus ſæpè excuſſus privatim præconium ſector. Sub impluvijs *extrudo merces* meas; & liberè dicam unus ſæpè emtor ſufficit, & vel nullus. Dies variant; ſæpè & ingenia in dies. Cras forte Apollo ero, qui nunc vix Marſyas. Interim noſtra inſolamus; ſitum excutimus, & ſi ventilabro opus, ventis etiam verrenda damus. Rem magnã facio, ſi à blattis & tineis ea manumittam. Inde mihi omen futuri

futuri pretij; quo nos ſolamur. Rependit enim juſtâ lance merita ſupremus ille Ædilis. Fruſtra obluctantur homines, hoc remige. In exēplo mihi palma, quæ preſſurâ magis ſe erigit. Ita nos ſperamus à nebulis hiſce, benignū ſolem. Malè ſæpè fumi oculos infeſtant. Sed punctiunculas & inde lachrimas, rudimentum habemus venturæ flammæ. Conſtanter Larem hunc colimus, & caminum pro ſigillo parem. Minus algeo, ſi calidè quoſdam hanc etiam infelicitatem admordere videam. Zoile, nimis hoc nomine indignus es, ni te explices. Nam & ſperare didici leves illas ſtricturas & crepitacula. Pluribus hæc tecum, mi Schipmanne; nec ſolens more meo. Ad nivem quorundam recoquimur: nec paucis cōcenturiare licet, quorum mihi animo abunde eſt. Scis tu, quam ſæpè velut ex Plauſtro in me ſcommatum ea tela jacta. Nemini ſacer ſum, ex quo Italiam reliqui. Atque hoc etiam labori eſt, quod ſub amici larvâ multi hanc comœdiam agant. Tertio abhinc lapide reperire eſt biſulcilinguos tanquam proſerpentes beſtias. Cruda tamen hæc concoquimus inſito illo calore: non excandeſcimus extrinſece: niſi quod ſpuma ſe prodit, dum in ſtomacho ſalgemata ea madent. Verbis inquam ſubinde crepetus ſum, & me exonero ſecreto

apud

apud amicum ſuſpiritu. Quod ſæpius coram tecum, & in tuum ſinum. Nam & tu veſpas illos non ignoras: & ſcis paraſitorum eſſe, patinas venari allatratu illo canino. Debeo tibi quod gnarus hæc fero: & ex tenebris etiam lucem ſperare audeam. Voto adhuc in eo ſum, ſcintilla unica micante noctuas illas diſperſurum. Dies & ætas docebunt quantum cuique domi ſui labores conſtent. Etſi arduum videtur cum duplici antagoniſta manum conſerere, fame nempè & ſama. Quorũ alter inteſtino bello vel Herculem ſubdat. Sed penu nobis familiare eſt; facile hic palmã fero. Alter, quia præjudicio laborat, nil videt vel limis; & iniquo pondere virtutes aliorum appendit. Obſtinamur tamen ad certamen, ſola ſpe, conatu nos victoriam reportaturos: ſed apud benignas illas mentes, & quas melior Apollo adſpicit. Ita una tandẽ nox omnes ſopiet, ſi quis Phœbus nos irradiet, & Mæcenas faventia ſua colligat. Quod parum abeſt, quin propediem fiat. Eant ergo balatrones illi, lingua largiantur, ſandalium carpant. Non eſt veſtrum huc calculum adferre. Noctuæ non fertis hunc ſolem. Promulſis noſtra alterius ſtomachi eſt, vos allium eructatis; nobis lat Quercus. Plebiſcitum veſtrum non placet: ad aliud Tribunal cauſam dico, ubi

candidum ſuffragium,& virtutum æſtimatrix æquitas eſt. Jam dixi & erubui. Vale mi Schipmanne; & me ama. Prædimij noſtri ſi ſatur, commodè ad me mitte. Magni enim eum facio parentis cauſa, tum quoque quòd ipſe magnus. Middelburgi XIV. Kal. Julij ∞. Iↄ C. VIII.

EPISTOLA XXXIV.
APOLLONIO SCHOTTO
Syndico.

V*Irbius* ſum, & quod civitate donarim ſecus fœmineum; & quod frontem commaſculavi, cum ad ſacrum malluvium te vocarem. Sed & tu probus. Æquiter enim fers, & tuam privatam, & illam communem rem turbari. Ita altrinſecus gratias ago: & pro dilato in legirupam ſupplicio, & pro oblato in immerentem beneficio. Non ſum *polluctus pago.* Memoria hæc intimis medullis hærebit; ſigillum nempe faventiæ tuæ. Quo finem impono iteratæ importunitati; tanquam ſplenium perfrictæ fronti. Non me ad vulgi exemplum compono. Nec enim ſalutarem illam aquam ad lucrum verto, vel aucupium inanis cujusdam tituli. Minus ſanè onere aliquem vel labore compotire. Totum hoc à conſuetudine argumentum habet. A qua

quam

quam ſim averſus coram dixi. In unico tamen hoc ſequax, quod ad Chriſtianiſmum teſtem te optavi, & dicere liceat, Statorem tantum. In cæteris hâc ſyngrapha te abſolvo; lucri nempe, tituli, & oneris cumulo. Quem reverentia quædam claudat, & recordatio ſola præteritorum. Cui rei arram has mitto. Ita faxit ille æquitatis & candoris præſes. De reliquo, ſi commodè per te poteſt, matutina concio te expectat. Sin ſecus; indicium da & præſcriptum conſilij tui. Sequemur ut ſoliti alias. Vale vir Doctiſſime & me ama. Middelburgi XVI. Kal. Julij ∞. Iↄc.VIII.

EPISTOLA XXXV.
CORNELIO LIENS
Doctori Medico.

OPiparam operam apud te navavi nuper, mi Liens, dum adventitiam tuam expertus, *Abſinthiois* poculum. Altrinſecus gratias ago; & quod municipem guſtu, & quod autoris ut ſciens eſſem me concinnaſti. A tua enim manu hoc moretum; tam apprimè ex diverſis unum, quam villico illi Virgiliano ſuum. At verò etiam palum præ illo in parietem figis, cum ille gulæ tantum obſonat, tu ſanitati quaſi ſalviam propinas. Dignus Mediusfidius cui aram debeat familia Clinicorũ,

vel quisquis ab Æſculapio progenies eſt. Muſſitari non æquum arbitror tantum bonum; ſed in ſecula tranſmitti, ab ijs quibus melior Apollo aures vellicat. Quod pro modulo & *Schedico opere* facio, & ut factius ab alijs fuat accurato ſedulo. Tu modò perge pomeria hæc medica protollere; lauream tibi, ſed & rem feceris: adeo tibi pronis, Manduco Deo & Potina. Embamma enim illud tuum repentem ſtomachum erigit. Nec foris exemplum arceſſo, *fauces* mihi *fame lippiunt,* ex quo demiſſis pedibus odos ille nares meas aſcendit. Sed, mi Liens, cave ſis tibi frumentatores Ædiles nubilos creaveris. Publica enim res ambigit, annona à te inducta. Niſi tu fruge defrudata, ferro etiam famem aptaveris, cauſam non dico, quin in ferrum compingaris. Hic tu Curio invigila: & vel publico ſymbolo aëre nos victitare, aut in convivium ire ad *praſſocurides* doceas. Nam ita me amet ſancta Saturitas, ut ad Triarios res redacta eſt, urbicapo tuo farinaceo tam ſæviter manum contra conſerente. Conturba ergo aliqui modũ, ut Ilio hoc conflagrante imbrem deſuper habeamus. Secus ſedes Penatibus mutamus, aut cum Orco rationem inimus. Nam emortualis hic illis dies, niſi tu ex latebras Orpheus Libitinarius. Cum prolubio hoc potes, & commode, ut à ſcorpi-

one

one ictus ab eo remedium quærit: ita tu qui ventri dentes acuiſti, idem tu illi retundas. Si pro veteri es, Cornucopia tibi cum Acheloo: & ab uberi iſto penu facile huic malo ſolatium. Serio loquor, & me explico nota illa ſinceritatis, quâ me inde olim in Italia noſti. Semper ego bonæ menti lito; etſi ſcarabæorum quorundam aculei tranſverſim me rapere nituntur. Sed me erigo pedamento illo cõſcientiæ, quo aheneus ſum, edentati abeunt, quiqui admordent: aut ſi pugnam inſtaurant, per me licet ſciomachiam exerceant. Ridere utique melli eſt, Andabatas illos hoſtem ſibi quærere. Nec enim cum illis hanc Pyrricham ſalto. Quando milites proletarij tantum, aut capite cenſi: Arena niſi pulvis, imò lutum; & volutabro ex familia Porcia aliquis dignior. Balatrones, quibus peculium unicum in lingua. Circumforanei vicatim ſe ſuaque attollentes. At quæ tamen merx? Si auctio fiat, vix dupondium inſtitor & crepundia pendeant. Etſi à magna matre ſoboles; & à ſaxis originem putat, pumicem tamen verius dixeris. Ita *gloriam ſervat aritudinis*. Sed eſto pridie natus ſit quam Jupiter, & ſibi hoc palpo placeat. Nullum Deorum genus mortales ſpernit: ille vix mola ſalſa aut thure placandus. Quid autem illi in me deliquio eſt? Ita-

liam, inquit, vidi & inſedi diutius quàm Belgæ par erat. Hem arietem! Cæſari patria illa gloriæ eſt, mihi tantum inquilino fraudi & dedecori? Theatrum orbis Italia: & in quo lumina ſimul vitiorum & virtutum. Fateor: ſed cur æquè luam quod alius ibi peccavit? non magis, quam coronam quis nequiter ſibi aptet, ſi quid heroici patratum. At comitem me dixerit erroris & deviæ ſemitæ. Jam hic argumento uſus eſt, ne deblateraſſe tantum ſciamus. Petulcus eram in ſexum femineum, inquit, Admiſſura hæc à natura excuſationem habet. At fuerim nec ne, *Cicum non interduim.* Nec enim noctuas Athenis quæro. Aut ſi cum pupula *limavi caput* capital ideò feci? At totum hoc etiam mentitur carnifex, quod in pergulam cum ſcrupeis iverim. Vilitatem hanc mihi à ſuo ſibi Genio adſtruit: qui nemini pepercit, quæ quidem publicavit ſeſe & corpus corpore alebat: adeò gnaviter verſatus, inter

Proſedas piſtorum amicas, relliquias alicarias,
Miſeras cœno delibutas, ſervilicolas ſordidas,
Quæ tibi olent ſtabulum, ſtatumq; ſellam & ſeſſibulum merum:
Quas adeò haud quiquam unquam liber tetigit, neq; duxit domum,
Servulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria.

Quid?

Quid? quod Venereis ſtipendijs educatus Dioneus nepotulus & albus Cupidinis columbus? Eſuriendum illi fuit, ubi ferias umbilicus egit. Si quis laſtaurus acceſſit id illi Saliaris cœnæ augurium fuit: ut proſedarum reipublicæ vitam illam quam circumfert furcifer, meritò debeat. Et vibrare etiam in inſontes linguam audet? pudicitiæ aliorum vitium addere? Di me evertant, niſi eum effecero ſine capite & præputio Deum, & muliebri veſte Phallum ſequi. Vides mi Liens, quam ebulliendo ira ſæpè modum excedat. Cui tamen frigidam affundo, præconio tuo aliorumque fultus. Nam cæteros nauci facio, qui circa lyram meam delirant. Negant me Gingritorem rei alicujus, & Marſyæ etiam nomine indigitant. Tam vera hæc, quam ſi ex tripode profecta. Laudem hanc nunquam captavi mihi: etſi ab incorporeo iſto ſæpè cum diverticulo ſolatium inveni. Multos ſupra me ævum hoc videt; infra me paucos; & hoc rudimentum habemus ad altiora tendentes. At ſummam hic mereri, dedecus etiam, imò infamia ſit. Antiſthenes enim cum audiſſet Iſmeniam optimum eſſe tibicinem, reſpondit, malus igitur vir eſt; nam ſi probus eſſet, tibicen non eſſet. Et Alexandro pater Philippus, non te pudet tam eleganter pſallere? Quo cautum à

me, ne cum hic aliquis dicar, alibi nullus perhibear. Quod ſæpè hodie expertus. Nam lauream hanc mihi cedunt multi, ſed ut medicam illam excutiant: avari nempe liberalitate ſuâ. Sed ranas has jam olim prævidi: & neſcio quo malo genio ob ripas meas adeò brececezizent. Niſi quia trunci ſui pertæſæ, regem alijs invideant. Alienum inquam peculium prædones invadunt, de ſuo litem remittunt. At animo mihi conſtantia impreſſa: quo roborario lupos arceo, donec fames eos ad aliud præſepe abiget. Unicum hoc illis ancile oppono quod Julius Scaliger olim; nos hæc ſcimus, & illa non ignoramus. Futurum experimentum dies & ætas dabunt. Perfrictè loquor: cœlo caput inferam, & è ſublimi lumbricos terram radere deſpiciam. Si benè ſunt centuriati manipulares mei, formicinum illud agmen, unicâ animâ difflavero. Ringantur, & vel crepent hac verborum præſente teſſera, qui ſerio ſæpe ad examen datas gerras vocant. Quaſi deſipere nunquam in loco liceat: aut cum hircis illis ſemper caperatâ fronte eſſe debeamus. Sed quid dum adeò huic cloacæ adhæreo? ad limpidam me colligo; & ſemitam illam virtutis. In qua tenore itineris pergendum cui gloria ob oculos. Malevolorum ſcommata & crepitacu-

pitacula celerando curſui ſtimulos habeo. Favonius bonorum facilè remeligines antevertet. Quorum humeris ſublato, etſi ardua vianti, facilis tamen meta laborum. Quod ob oculos mihi ſemper, tibi quoque, mi Liens,ut ſit voveo & hortor. Vale & me ama. Middelburgi, prid. Kal. Jun. ∞.Iↄc. viii.

Epistola XXXVI.

Meinardo Schipmanno, *Doctori Medico.*

N*untio* apud te opus *& renuntio,* mi Schipmanne, per veredarium enim de Prædimio indicium feceram. Is redux nullus venit. An Zirizæa te habuit? & inter proxenetrias tu quoque pronubæ litaſti? nam ſponſalia celebrata à vobis audio, ſic te Lucina beet: & Politeias hanc partem pro virili orna: hoc pedamento mundus ſtat; nec facilè in interitum ibit Tutuno propitio. Sero tu quidem patraſti; ſed prudentiæ acceptum fero, quod præcipitare opus noluiſti. Ab uvis precijs præliganeum vinum conditur,ſed *quod operarij* tantum *bibant.* Tuam vindemiam ad maturitatem ſol percoxit: inde muſteum vinum, & quod ætatem & ſuperbum dentem ferat. Nona, inquam, & Dea Decima partitudini tuæ annuunt: & uſurâ hanc lucis ringente Mortâ

fœnerato cedunt. Quo æquum eſt, ne in pingui illo ſeceſſu agro novali cultura deſiat. Non te urgent *prœbia* aut ſiphones urinarij. Quiſque domi ſuæ non, quod ille ait, Rex eſt, ſed Medicus. Tum è Trivio Veſpillones foria provocare non ignari. Hanc tu opellam ad uxorem transfer: & cum illi ægros, tu valentem cura. Fine ipſo beatior, daturus nobis plures Medicos, quam illi ſanos. Hic laus reſidi, & apud me ſilentij tui gratia. Nec aliud velum prætende, quam hoc Veneris peplum aut ſandalium Junonis: in queis vigilati ſudores labyrinthum habent. Nec enim tu alibi *Laborias* quærere inſiſtas, quam in hoc interfeminio virginali. Nam viduæ quidem ad admiſſuras non ignavæ, ſed toties opere interpoles, minus petulcæ. Nævius alibi

Utrum melius eſt virginē an viduam uxorē ducere. & *Virginem*, inquit, *ſi muſtea eſt*. Nequiter ſane: quia laborem nimium flos ille virginitatis propinat. At prælibaſſe eum non ingrata promulſis. Ni cætera attendas, opinioni magis vicinus Hymeneus: & tàm his quàm illis

Noctes atq; dies patet atri janua Ditis.

virgo tamen ne hoc ſit quod fuit, nimis vult id quod non habet. Ita deſideria ſua complet iterata velitatione: & jam ſuperaſſe viſa, magis etiam ad certamen præcingitur. Væ miſero, cui

ro, cui *Lorum Petronij in aquâ?* Serâ ſæpe pœnitentia expiat leve membranulæ aucupium. In majeſtate enim illâ vicarium admittit: & Epidij Nuncionij ſortem habet, quem *ferunt olim præcipitatum in fontem fluminis Sarni paulo poſt cum cornibus exiiſſe.* At apotheoſis illi minus felix: quin quaſi in vervecum patria natus gymnaſium publicum debet; & *hircus unctus nautea clauit.* Hìc tu cave cautor; & maſculum animum exere, quod dixi; & in otio illo tuo fac ſis Patriæ frugi proletarius dicaris. Militiæ veteris vile olim hoc nomen fuit. Sed recentius ſeculum præmium etiam addixit, & jus trium Liberorum, numeroſæ domui. Quid? quod Tyro Plinium in tribunatu liberorum jure præceſſit? Sed etſi huic quoque legi apicẽ detraxit avaritia humana: in parte tamen ſui & laciniâ perdurat. Ubi N. filijs quotquot ſunt ſua ſint publicitus ſalaria attributa. Diligentia nimirũ eorum in hac humana fabrica ad exemplũ clara. Sequamur ergo Medici; & operas etiã noſtras in fiſcum referamus. Forte an & noſtræ Lucinæ par fatale carmẽ, par præmium. Ego verò in campis Elyſijs non indiligens. Atque ita ætati meæ ſuperſtes ſit Eliſa noſtra, ut generi monumentum ſubrumum agniculum datura. Quod eo te ſcire apprimè con-

convenit; ut hoc ſpeculo cognoſcas, protelo me rem gerere; & circa hanc curam amicorum negotia non vileſcere. Quorum alterum ut effeciſſe viri eſt, ita utrunque conjunxiſſe herois. Tu pro modulo ſequere: & uxorem ut debes ama, me verò ut decet, & dignus ſum. Vale & de Prædimio, quod dixi memento. Middelburgi v. Kal. Junij ∞. Iↄ c. VIII.

EPISTOLA XXXVII.

N. N.

MAnuſcripta N. per puerum hunc mitte, eſt cui uſuram pollicitus; brevem ſed certam. Etenim & cum curá erunt, & ad te redibunt Tutorem licet injuratum. Si fallo tum tu mihi poſthac nec divini nec humani quicquam accredas. Quamvis & apud nos *æſtas per bona eſt*, nec perpluunt tigna. Eſto tamen tu qui ſoles, curio. Sed ut dixi, mitte; & iraſci. *Niſi tibi os ventris malè affectum.* Multis ut vides: nec ſolens more meo. Non miraberis, ſi beatus ſis. Nam ad nivem tuam recoquimur. Politicus enim es, addo & polydicus: forte & ſcius ſine poly. Unico excepto prædictionum; quas cum tu olim diſputaveris, ego quotidiè deſputo. Quare deſine eſſe vates, & quæ vides vide, & quæ non vides, prædic. Niſi forte ut canes, tu quidem

nocte

noctu nihil boni. Vale perpetuum. Middelburgi VII. Kalend. Maij ∞. Iↄ c. v.

Epistola XXXVIII.

Regnero Tellio.

PEnſa mea ad te mitto, mi Telli. Linum inquies aut lanam? Imò & fuſum & profuſum. Colus ubi? abeſt non deeſt: quod ſine ſuprema manu omnia, & niſi poſt colendã. Qui telam orditur ſtamen prius diſponit, poſt ad operis metam ſubtegmen addit. Ita ego: nam textorem ago; non Raviſium illum, qui Epitheta convaſavit, ſed cum araneis operas perdo, & culicem excolo; ſed extra jocũ. Mitto ad te excrementa ingenij mei, ut quid mali me vel moneat, vel maneat exin arbitrere. Pravi humores, inquies. Ergo purgandus te Æſculapio. Quot jugera Hellebori ſat erunt? vix opinor centum. Nam novus morbus nova remedia poſtulat. Janum, inquis culpas: atque hæc cauſa continens. Ego Janum? qui quidem non cum larvis luctorẽ. Nam ceſſiſſe eum pridem, non foro ſed fato audivi. Multum illi debemus eruditionis & communis Belgij nomine. Quid ergo verbã illius carpis? Carpo equidem ſed ut illi qui fructus, in uſum meum. Non admordeo aut

dentem

dentem inſigo. Sed quæſo, mi Telli, Jani hæc verba? quæ quidem ante hunc Janum vel ipſius Bifrontis ſeculo prolata. Fateor militare illi hæc, ſed cauſæ vitam, non perſonæ debent. Ita contrarijs pugno, ut veritas eluceſcat & cote hac ingenium acuam. Nos ſeri ſtudiorum: & rubigine exeſi longo uſque ſitu. Sordet verriculum; eventilamus noſtra. Tu mi Telli, favonius: tu quoq; quo ſpiramus & ſperamus. Ad quem ſcopum maledicorum ſcopulos averruncamus. Quo vivimus vivemus, gloriâ ſed æternâ. Vale mi Telli & me ama. Zirizeæ IV. Kal. Jul. ∞. IↃ C. IV.

EPISTOLA XXXIX.

JANO QVINTIO.

Literis te alloquor, ſed brevibus. Nam multa ſcribere non vacat: & ne vacare quidẽ. Brevibus inquam: quia itineri ſuccinctæ agilius viant, & compendifaciunt, ne quid Prædones involent. Annon Theſſalia nos habet? Illa præſtigiarum, illa latrociniorum ferax? Vialibus ergo litandũ rate: ſed & rite. Quod Laverna illa non furum ſed detrectatorum ad nos traducta. Quidvis hic impunè cornicari licet; & tanquam ex veteri convitia de plauſtro ſpargere. Quid? quod & furum? Nam famam

mam alienam ereptum eunt; & ſi penes illos rerum ſumma,vel famam addant. Animi quidem hæc immanitas, invidere alijs, commune etiam belluis pabulum, auram. Sed ſortem hanc cum Jove, fero: nam nec ipſe omnibus placet. Non me in arenam compono fungis, bliteis. Talis enim quisque qualem ſe pariando facit: ſed robore munio non illo Sylvani Dei ſed mentis tranquillæ. Quo duce ad famæ templum pergere obſtino. Vale. Zirizeæ VIII. Kal. Jun. ∞. Iↄc. IV.

Epistola XL.

CAROLO FRANCISCI à Winoxbergen *Doctori Medico.*

QVod toties in voto,nunc exequor. Heurnium inquam peto; ſed uſurarium. Si carere potes, hoſtimentū ecce paratū; hoc eſt, mutuum me meaq; offero *datatim*. Simul abuſus fuero, remittam cis paucos dies. De cura interim, certus eſto, non pollucibilius olim regi Antiocho oculos habitos,quam Heurnium mihi. Si fallo, tum tu mihi poſtea loci, nec divini nec humani quicquam accredas. Vale. Middelburgi, pridie Kalend. Julij ∞. Iↄc. IV.

EPISTOLA XLI.

MEINARDO SCHIPMANNO, *Doctori Medico.*

SÆpè nos, Schipmanne, inviſis, ſed inviſos. Negotia tua hoc faciunt;quæ quoties Zierizeæ es, abeſſe cogunt. Nec mirum : utrâque mercaturâ occupatum, Muſarum & Mercurij. Quid? quod & Veneris? Nam amare te quidem, non ex vulgo, vulgus autumat. Faxit *quam penes ſumma amantum redit,* ut ne amarè. Votum, inquam, tangas & votivam. Nam hoc quidem verno, viduas noctes cubare nimis æſtivum eſt. Ita perge. & favonio iſto hanc glaciem ſeca. Sed & faviſsâ. Quod tibi in notam do. Seriem quidem; ne obloqui me perputes, aut verborum mellinias largiri. Candidus ego apud candidos: ita me æterna lux beet. Sunt qui denigrant,doleo. Sed quales? Nec albi nec atri, ut Plautus ait. Nullius coloris, niſi lutei. Nebulones ſed in clarâ luce. hoc eſt, nimis noti. Facundi ſed vaniloquidori. Docti, ſed ſeipſos præconiare. Denique mortui aut à larvis non remoti. Vale &me ama. Zirizea, Pridie Kalend. Februar. ∞. Iɔc. VIII.

Google

Epistola XLII.

Jacobo Grutero *fratri.*

Miror equidem in caſtris qui fueris, non item Ooſterzeium compellaris. Errat tibi occaſio non levis, in mei quæſtione. Nam abeſſe me ubi melius ſcire licuit? Cui, ego ad multam noctem, quam abirem pridie, advocatus. Varia enim computando miſcueramus, ut diem conderemus. Sed nec tu nobis inter cætera reliquus. Obaudivi enim aliquid de Græcâ illâ dictatura. Aptam eam tibi, ſcientiſſimus Oſterzeius & apertam. Sed non ille, inquit, ambit. Videnam hoc tibi num oblatum an offerendum. Ego certe ſine fronte ſi tu ſim, non ad hoc irem ſed currerem negotium. Nam quod amicus ille tibi in cautione, nihili es. Peſſundetur plenis quadrigis. Quid enim cuiquam hic peculii aut hæredii? Cani certe qui Arcerio pœne ſeculum ad ludum in ſecta. Profiteri æquo jure quidam medicinam ſuam voluit nuper. Sed mendicorum hoc illi datum cum Deo. Rivalis dominâ potitus. Tu cogitationes tuas coge; imo cogita. Accelerato enim opus dum fervet negotium. Potes commode per Parentem; cui Scotanus, Lollius, Aulætius olim condiſcipuli, nunc amici.

H Per

Per me; quem in omni pœne dignitate pubes Friſica amat. Si quid opus, vel in Friſiam traijciam: & coram ſimul, & per literas agam. Animus certe impendet, reviſere eam, invitato toties. Forte an in commodum meum. Nam hic ſidera mihi infauſta. Quid enim Petro inter Judæos? De munere illo, deliberavi, hoc eſt libram abjeci. Ponderi enim iſti impar ego. Quid? in animo mihi hoc unquam? Nō ſi animꝰ. Juro pejero dejero, me ne ungue quidē hoc cogitaſſe. Deſperatione forte quid inter noſtros elapſum, ſed elapſum. Quē n. publicitus proin conveni? Ubi ferrum noſtrum in igni eſt, fabri ſumus fabeerrimi. Cæterum Sabbatho præterito, incidi in febrem ardentiſſimam: quæ mihi comes continua, ad hanc horam. Si me videas, *magis Curionem nuſquam eſſe ullum belluam ſcias.* Vale, manu languida: Zirizeæ, Prid. Kal. Jul. ∞. Iↄc. v.

Epistola XLIII.

HADRIANO METIO
Profeſſori Matheſios.

Tardius Vir Clariſſime quam par erat debitum exſolvimus, ultra enim præſcriptum, dies elapſi. Cauſa, non in voluntate, quâ

quâ propenſiſſimi ſumus, ſed occaſione. Diſtracti enim ſubinde in mittendi modo, hæſimus. Nunc jacta alea, per Tabellarium : cui concredimus, quia bonus, & ad te mittimus: Gratias agimus pro mutuo & mutuum ſpondemus. Si quid in ſalſis hiſce locis ab inſulſis expectabis, habebis, ultra vires ſi ſit, conatum dabimus. Promtitudine tuâ, non erimus inferiores. Velim ſyngrapham quam primum remittas. Vale & me ama. Zirizeæ IV. Kalend. Julii ∞. IƆC. VIII.

Epistola XLIV.

N. N.

Portum appoſui : importune ergo fugi? Sic eſt, & ſyllaba creſco, aufugi. Quid poſtea loci? an hoc legi talariæ fraudem feci? an ex tuo ego fertilior? nil tibi debemus nil debere volumus. Nimis vile eſt cibarium ſi *eſſe* libertatem it perditum. Quanquam cari tibi ſumus, quanquam credimus: nec verſurariam tu mēſam habeas. Si ſcias, nobis in amore aratrum: nec tibi igitur ſtriamus.

Nam hoſpes nullus jam in amici hoſpitium divorti poteſt
Quin ubi triduum continuū fuerit, jam odioſus fiet.
Verum ubi dies decem continuos morabitur,
Tametſi dominus non invitus patitur, ſervi murmurant.

mus hanc inſaniam: & te ſane amamus, & amabimus ob hanc curam. Vale vir humaniſſime, & me ama. Ziriceæ Idib. Jan. ∞. Ioc. v.

EPISTOLA XLVI.
CAROLO FRANCISCI
à VVinoxb. Doctori Medico.

HEurnium tibi ſalvum, ut dediſti, redhibeo Oppido inquies *Pauxillatim* contentus ſum minimo. Nam tantum arbitrari eum animus fuit, ut ſi ex re foret, ipſe mihi argento præſtinem. Nunc vero *certo* placet *haud arbitrario.* Si temporo, emam tamen; ut & cætera quorum viduitas nos tenet. Parva mihi librorum theca; uſque & vilis. Nam ſcriptores noſtri medioxumi ſunt, & ut ille inquit Patellarii. Noſtri inquam, hoc eſt, quod dicitur Vara vibiam Galeno, tamen excepto: qui tamen & ipſus exoculatus, denaſatus, edentatus, exdorſuatus, exenteratus, ſemel dicam, evitatus. Ita in compendium à Lacuna admutilatus, pœne & ſuſpendium. Sed quod Di dant fero. Etſi identidem ſcirpeâ rate patientiâ mergor. Interea loci gratias tibi ago, ſed verbis: Re cumres erit. Paucis ut vides: nam offerumentas Di animo metiuntur. Exemplum ſequere: & me ama. Vale Middelburgi, vi. Kal. Maii ∞. Ioc. v.

Epiſtola XLVII.
MEINARDO SCHIPMANNO,
Doctori Medico, S. P.

ECquid noctua ſum? veſpertinâ te volui & quidem horâ ſeptimâ. Erat de Galliâ quod preſſius ſcire avebam: ne cœnam ambiiſſe aut ambediſſe credas. Nam abitus mihi in ſtellam matutinam condictus. Ita abſentiam tuam doleo, & deleo hoc ſchediaſmate. Supremum dico, in epiſtolâ tuo meâ mendam hanc emẽda. Pro inviſos ſubſtitue, inviſis. Calami enim error. Vale, & me ama. Zirizeæ, v. Kal. Februar. ∞. Ioc. v.

Epiſtola XLVIII.
JOANNI HALLIO.

VIr ornatiſſime, eſt nobis Franequeræ, neſcio quid pecuniariæ rei. Ad quam expediendam quæſo pauliſper te commoda. In curam tuam has literas damus, cum pecuniis, ut diſpicias quomodo tuto transferri poſſint. Modus tibi non incognitus ſi Parenti fides. Olim enim cum Franequeræ eſſem, non infeliciter hoc à te effectum. Quo nomine perge, pro veteri tua cum parente amicitia, & novâ mea, aut potius novanda. Si quid opus eſt, apud nos, me appella & vel interpella. Omnia

præ

præ tuis neglecta habebo. Vale Vir Ornatiſſime. x v. Kal. Julii ∞.Iↄc. v. Salutat te Parens meus.

EPISTOLA XLIX.

JACOBO GRUTERO
fratri. S. P.

MOretum hoc habe, frater, hoc eſt, omnia in omnibus. Quid eo faciam ? inquies. Detrunces: papaveribus inquam capita, non Plauto offam. Nulla enim hic ſumini abſumedo. Sed heus tu, ubi cervix ? illo ubi ſolet capitis ſepto & pectoris. Vulnus puto, agnoſcis: id ſpongia ſatiavi, ne hiaret. O mali moris Medicum! inquies. Mari nata mare tranſeat? tum vel ſi ſeptem oculis arbitrer, nec ſeptum hic, nec ſpongia. Hoc nempe eſt quod dicax illa fati prædocuit. Nihil quicquam poſtea locis piſculentis credere eſt animus. Nam

Novi; Neptunus ita ſolet, quam vis faſtidioſus
Ædilis eſt: ſi quæ improbæ ſunt merces, jactat omnes.

Sed ſerio: mitto ad te gymnaſii mei pulveres: ut videas, non invideas. Nam penetrare ſi quid coneris, aciem lutulaveris. Mei, inquam: & hoc ipſo, *dignum patellâ operculum*. In veris falſa, in falſis vera, integra mutila; ſurſum vorſū.

enim hodie domi ſuæ, reverentia. Nam patriam meam noſti Spe interim me erigo: & quicquid ſeorſum cadit fato adſcribo, aut ſeciori quam par eſt molimini. In te vero magna mihi copia ſuppetiarum, ſi exeras quam publicitus ſuſtines auroritatem. Quod ſi indignus politeia philoſophus, tum ego curſu curriculo ad Æſculapium: cui jam nunc mihi ſacra compoſita, & vel ſtata. Quanquam neſcio, ut Genio mihi meo obluctetur ea morbis præfectura. Devorandum tamen tædium, ſola lucri vindemiâ; quæ larga hinc & in theſauros acervanda. Vetus illud ſcitum,

Dat Galenus opes, dat Iuſtinianus honores,

ſolatio ſæpe; & nos erigit Quid? quod jam olim inſerti in familiam medicam. Ita beniogniori fronte extorres hoſpitium vetus nos expectat. In quo jucunde antea, nec ſine fruge ætatem exegimus. Vale vir humaniſſime, & me ama. Zirizeæ IV. Kal. Jul. ∞.Iↄc.V.

Epistola LI.

Meinardo Schipmanno *Doctori Medico.*

Obiter heri te ſalutavi, & ideo breviter. Obſcævare enim multiloquio nefas erat: aut interpellare tendentem ad Divam ſuam. Venerationem ergo agnoſces: illam a Vene-

Abſtinui itaq;: & vel hoc nomine, quod inſula Doctoralis alibi forte non ſatis decore donanda. Excipio Monſpeſſulum & Pariſios. Quanquam extra has ubinam Academiæ medicæ? Alibi fortaſſis; ſed ubi mihi eodem in loco gradus, quo in Italia, apud Comites Palatinos? Re ergo infectâ reverſus ſum, non causâ indictâ Caſaubono. Cujus inſtinctu magis mihi Belgium prælatum. Hic ubi aſcenderim, ex theſibus vide. Quas ad te mitto; obſcuras inter nuptiales tuas tædas, ut illuſtrentur. Vale & me ama. Ziriziææ. Die à nuptiis tuis ſexta, ∞. Ioc. v.

EPISTOLA LII.

CAROLO ab ALVELT

Viro Nobili, cum Conſiliarius crearetur legiſtarum.

PEr literas te alloquor. Conſil. Magnifice, etſi præſens. Reverentiæ ſignum interpretor, alloqui per literas; ut nec confundas nec confundaris. Ad Regẽ qui iturus, Legatũ quærit; cujus ſibi linguam uſurariam facit, Tuto; nec ubi à causâ ſuâ verecunde decidat. Id ego ex aulâ politicorum ad noſtram literatorum traduco. Pari jure; ut cui tu nuper rex datus. Quo nomine ſalvere te jubeo: imo precor. Abſit à cliente imperantis vox, & vel

tuſſu.

tuſſu. Omnia obſequioſa eant, & bona verba. Quæ in animo mihi magis, quam linguâ. Ita brevitate contentus, hæc ſibi pro voto pono. Abſens tamen; ut ritum agnoſcas, & numinis velut cultum. Vale Conſiliarie magnifice, & me ama. Patavii, IV. Kalend. Februar. ∞. Iↄc. V.

EPISTOLA LIII.

IACOBO GRUTERO

fratri.

PArens Senecam ſuum, & Euſebium repoſcit. Mittas quæſo, ut fidem noſtram liberes. In mandatis enim erat, imo in legibus, coram cum eſſemus monere. Oſterzeius eſt ne apud vos? Nempe Antonium advenimus de curâ illâ. Quod illi dic dicis cauſsâ. Hoc eſt vide, licet, quid de verbis nobis auctum. Nam rem & actum expectamus. Sed nec avemus nimis, nec pavemus. Utut in alto ventus eſt exin velum vortitur. Medicina tandem nobis in refugium. Quam intermiſſam meâ aliorum culpâ amplecti denuo obſtinamus. Si fallo, tum mihi Jupiter, ut æquum, iniquus eſto. Temporis & librorum nobis abunde, ita vita ſit vitalis. De Rondeletio ſcire avemus, cujus pretii & anni editio proba. Nam eſt hic qui vendere appronat. Nos calide nihil. Non enim mihi quadrat hoc Plauti.

Nam ſi pro peccatis centum ducam uxores parum eſt. Phyſica Havenureteri te exſpectat, lectis numeratis aſſibus duodecim. Platina, nullus in patinâ. Vale. Saluta uxorem. Zirizeæ VIII. Kal. Jul. ∞. Ioc. v.

EPISTOLA LIV.

CAROLO ab AVLE LT.
Conſiliario nationis.

NOtas meas Italicas, in uſum Illuſtriſs. Principis, Lantgravii Haſſiæ, à me ſcriptas viſum ad te mittere, Illuſtriſſime nationis Conſiliarie illuſtris. Cui enim æquius debeantur quam tibi? qui linguæ ipſe deditiſſimus illis præes qui addiſcendæ cauſa Lares paternos relinquunt. Et in hunc quidem finem à me elaboratæ: ut viam ſternerem ad tam præclarum idioma. Multa in illa non negligenda vel ipſis Italis. Rationes enim ubiq; affero: quas ſcire non eloquentis eſt, ſed ſapientis. Ita tibi non ingratæ futuræ: quem equidem Italicam linguam ſcire, ſæpe illius cauſſas quærere non dubito. Tuum erit, Vir Nobiliſſime, ſicubi erravero, ignoſcere: vel hac de cauſa quod primus ego, qui ad talem operam ſtudium poſui. Circumferuntur neſcio quæ: ſed quam arida, illi judicent qui viderunt. Accipe igitur benignâ fronte, hoc quicquid eſt; & ad reli-

reliqua perficiunda, animum auxeris. Vale Magnifice Conſiliarie. Patavii V II. Kalend. Auguſt. ∞. Iↄc. VI.

EPISTOLA LV.

CORNELIO LIENS Doctori Medico.

TEſtudinem meam repeto, mi Liens: & ignoſces, quod tam ſubito. Sola ea mihi ſoli ſolitudine comes. Locus hic ἄμουσος, cætera ad has Muſas aptiſſimus. Quies ubique, & proprie dicam, Malacia. Quid ni? Neptunium hoc quod nos circumalluit imperium. Gens ipſa ſalſa, ſed ſine micâ ſalis. Ita coërceo me intra privatos parietes; & oblector tacitis Muſis. Felix cui cœlitus hoc datum! De ſtudiis pro anni tempore, frigida adhuc cogitatio. Fovemus ſpe futuri favonii, ſed vereor ut in vanum. Rus enim meum à cultu literarum alienum. Vobis ſtuduiſſe datum, magnis & altis viris. Præripuiſſe inquam; ſcientias, illis de viliori luto. Voto tamen Muſas ſequor. Quas ita rettactare eſt animus, ut laudem mihi, multis nugigerulis vituperium pariam. Vale & me ama, Zirizeæ IV. Kalend. Januar. ∞. Iↄc. IV.

Epistola LVI.
ERYCIO PUTEANO
Profeſſori eloq. & Hiſt. Reg.

Sedentariam vitam ago, mi Puteane, non tamen quietam. Moveor animo; & levi cogitationis alâ ad vos tranſvolo. Utinam & corpore! Sed excuſabis ſortem, quæ me meo cineri alligat. Non te fugio aut contemno. Eâ es doctrinâ, ut amare te velim; eâ munificentiâ, ut debeam. Benefacta tua in me multa: & ſuſpicionem ingratitudinis pone, recordor. Nondum tamen pario, quia impar & in iniquo tempore. Verbis teſtor, habes indicia. Deus futura providet; in quo ad ſpem tendimus melioris vitæ. Interim, ſi quid ego tibi, mea tuis prodeſſe poſſunt, impera. Non tam accipere ego promtus, quam dare. Vale Vir Clariſſime, & me amare perge. Patavi IV. Kal. Auguſt. ∞. Ioc. V.

Epistola LVII.
JACOBO GRUTERO
fratri.

Libertas tandem nos it deſertum. Migrant crepundia non invito lare. Cæterum horæ quas vis Parenti, at nulla momenta. Nam Euſebiũ conſtanter expectat. Tum & de Seneca ne eneca. Doleo, inquis: doleo datatim. Nã

Petrus

Petrus *impetrare* nequeo. De Phyſica adeo, quæ eſt tua licitatio? Indica in vicem. Circa res meas alcedonia ſunt. Eurus, tranquillus: mare, æquor (*illuſio ad nomen Oſterzei*) Ut ſidus aſpicio, turbines præſagit. Sed Portuno litamus Æſculapio: & remigio ad medicinam transfretamus. Lyræi mater ex Hollandia ad vos redit. Eſt ex ea quod diſtinctius ſcire poſſis, de Arcerio. Nam evectum ait ad profeſſionem. Parens in tertiana cubat. Vale. Zirizeæ, VII. Kal. Auguſt. ∞. Ioc. V.

EPISTOLA LVIII.

JANO MAUREGNAUT *Prætori Veriano.*

LArgus es, mi Mornæe, qua inviſendo qua invitando. Agnoſco amorem, quo me proſequeris. Ego venire pollicitus, adſum: ſed animo non corpore. Neceſſitate detineor; quæ oborta ex improviſo, in mendam temeritatis me propellit. Alia ex aliis interveniunt: & diſponit futura qui præſentia ponit. Ignoſces ergo ex cauſsa. In futuro, cum voles, volo. Muſca ſcilicet, in alieno prædatur. Facile me alligari vinculis patior, ſed eſcariis. Quæ quo magis laxantur eo magis adſtringunt: ut noſter ait. Vale & me ama. Patavii VII. Kal. Maii ∞. Ioc. V.

EPI-

Epistola LIX.

Erycio Puteano

Prof. eloq. & Hiſt. Reg.

EN tibi parentis mei ad te literas, mi Puteane. Longas, ut amorem in me & N. agnoſcas. Semper hariolatus ſum, nil differre apud illum Petrum & Petram. Sed & tu trigas facis. Amaris enim illi juxta, modeſtiæ nota & fidei. Quorum alterum tibi ſervas unicum, hoc unice pro me dediſti. Laudes itaque dico, gratias reddo: verbis nunc, re cum res erit. Longius diſto: ſed corpore non animo. Qui præſens tibi, hoc eſt, hoſtimentum dare promtus, coram teſtabor: nam adeſſe poſt duos menſes voveo. Non ut adſim, ſed ut abeam cū N. Transferri enim in Belgium volo diſſuadētibus multis, à meipſo. Parens per alium, ut itineri longo & difficili ſuperſedeam. Nil tamen hæreo, & animo vio, imo & corpore; niſi ille mihi non Goetardus, ſed quaetardus remeligo. Mons aſper niveus, quam non vehendis rebus pronus. Mora itaque non adeo mihi moroſa, dum hiems deferveat. Interim non ego incurius. Mitto ad te aureos N. per Verganum in menſes N. & finem quem noſti numerandos. Quibus datis, alios imo meipſum dabo. Vale, mi Puteane, & me ama, Ziriceæ III. Kal. Jan. ∞ .Iɔc. IV.

EPISTOLA LX.

JACOBO GRUTERO
fratri.

PRæcox es, frater, in famulâ quærendâ. Nam probarum condictæ operæ: & niſi vacuæ vacant. Eas, inquies, volo quæ aliorum ingratiis minimè obnoxiæ. Fateor liberum hoc bonum, ſi virtute partum. Sed fatuæ pleræque, & uno nomine, ſuccubæ. *Operæ corbitæ non celoces.* Amanuenſes, ſed ſiniſtrâ. Oculis emiſſitiis, ſed vulturiis, lectiſterniatrices, ſed ſibi. Famulæ, ſed non in alieno cibo, ſervæ ſed prædæ. Vale, & ſaluta uxorem, cui hæc matris nomine dicta ſunto. Zirizeæ v. Kalend. Jul. ∞. Ioc. V.

EPISTOLA LXI.

RAPHAELI CARCANO
Viro Nobili, ſupremo judici
Comitatus Galeratenſis.

IN ruborem me dediſti hac tuâ humanitate, mi Carcane. Ultro ad me ſcribis: & quod voto aſſequi pœne impium, officium defers. Quo meo merito? Nil enim mihi de meliore luto. Quicquid circumgeſtamus, rus merum & aſty indignum. Sed innatum hoc viris bo-

nis

nis, laudare juvenes, non quales ſunt, ſed quales eſſe debent. Ita mihi ad humanitatem viam ſternis. Quam ut calcem, exemplum tuum eſt. Greſſu tamen impare. ! Non enim tecum has bigas traxero homuncio; & (cum Plauto) nulli rei. At tu conantem proba: & animo talem, qualis tu effectu. Cæterum negotium tuum cum curâ habeo. Utinam & cum ſucceſſu! Nam movere animum Comitis, ſine notâ arrogantiæ nequeo. Ut quid enim iſti navi remeligo curſum obvertam fidei? quam dedit, & quam dediſſe clientis non eſt caſtigare. Quid? quod ne movere quidem Comitis, ſi vir eſſe ſibi, ſi viris velit. Stare enim pollicitis, non cui data, ſed per quem, politicum ſæpe & æquum arbitror. Nec tu ignoras, quo cardine hoc vertatur cœlum. Cœlum inquam: amplum enim, & unius animæ ſalute minime circumſcribendum. Nil ergo tuum illud de libro viventium: niſi ipſe tibi mortuus, imo ni aliis, hoc eſt, niſi dotes illas ingenii & eruditionis ſitu ſordeſcere patiaris. Artem quævis alit terra, ait ille. Addo, ſi in quâvis terrâ quivis eã alere adlaboraverit. Quod etſi per te ſcias, ſcribo tamen, ut & ipſe recogitẽ. Nam jamdiu fluctuo in hoc inconſtantiæ mari; ad portũ vẽturꝰ, ita mihi Portunꝰ iſte faveat. Interim pro re natâ cõſiliũ capio: cives, ut inquit

ille, univerſi & civibus univerſus, hoc eſt, tibi aliiſque congratulari promtus, quamdiu in univerſo. Nam fugacia ſunt hæc vitæ folia, vento quovis facilime attollenda. Eo dico: ut de ſtatu vel abitu, nos ſcias nil poſſe definire, ſine motore illo primo. Cui præſentia diſpoſita, futura cognita. Vale Illuſtriſſime Carcane, & me amare perge. Mediolani VI.Kal.Auguſt. ∞.Ioc.IV.

EPISTOLA LXII.

ERYCIO PUTEANO
Prof. eloq. & Hiſt. Reg.

IAm tu quidem humanus es, mi Puteane; nõ amare contentus, ni teſſera id palam facias. Laudo affectum, judicium requiro. Hoc enim mihi amare in ſecreto, plus cordis habet, minus periculi. Ego ſemper à famâ alienus,& vel ipsâ bonâ. Ita gratum facies, ſi gratiam hanc omiſeris: & inter tuos habeas, non ponas. Habebis, ſi me ſcire, ut ſcio, ſciveris. Vale. Mediolani VII. Kal. Auguſt. ∞.Ioc. III.

EPISTOLA LXIII.

CAROLO BERNÆ
Præfecto Aulæ Illuſtriſ. Comitu ab Altemps & Galera.

In

IN morbo tuo doleo, mi Berna: & hoc amicitiæ dabis, quod doleo. Ex animo tibi cupio & ab inteſtino illo hoſte liberum. Sed certamen hoc vir cerne; ne cum corpore mens labaſcat. Languere enim ab externo illo languore non inſolens. Sed erige, ut dixi: & cogita ægrotare omnes aliquando poſſe, ſemel mori debere. Nihil tibi hic, aut ab ætate, aut à ſorte alienum. Quæ utraque ducere nos, imo trahere ad fatalem illam divam conſuevere. Lex ea cunctos tenet: ex quo primæva felicitas ad originem ſuam ceſſit. Sic te conſolor, & verè, ut in omnem eventum, hunc ventum deſpicias: & è ſpeculâ hac terrenâ, ſpeculum illud beatitatis contuearis. Hic ſine reflexu vera ſui cognitio, ſine refluxu gloria: quæ ſequentem identidem ſequitur. In hoc voto vive & vale. Mediolani, in Aula Illuſtriſ. Comitis ab Altemps & Galera, IV. Kal. Jun. ∞. Ioc. III.

EPISTOLA LXIV.
CAROLO ab ALVELT
Viro Nobili, Conſiliario nationis.

SÆpe te domi quæro, Vir Nobiliſſime ſed occupationibus tuis do, quod fruſtra. Nunc literas mitto ut te offendant, ſine tua offensâ, domi illæ ſtatorem agere, & expectare poſſunt.

Digitized by Google

Scire te velim de Trithemii ſecretis literis: eſſe apud amicum quendam meum; ſed manu ſcriptum; imo manu ſcribendum. Unicum enim Patavii exemplar, quod extricare ne Plautinus quidem trico queat. Aiunt rem eſſe periculi & inquiſitionis. Cæterum tu videris, ſi videre voles. Cum voles, per famulum indica. Ego tibi eum amicum adducam, quem tu adſcribendum conduces; ſi conducet in reliquis faveo: impera. Vale Vir Nobiliſſime Patavii IV. Kal. Feb. ∞. Ioc. IV.

EPISTOLA LXV.

ERYCIO PUTEANO *Prof. eloq. & Hiſt. Reg.*

AT tu quidem Placentinus es, mi Puteane, vix enim inſpicis meas, & probas. Atqui tale nil à me definitum, cum miſi. Ferulam expectabam & limam: aut à ductore optimo manum. Non te cæla aut vela, ego ingenii venas novi etſi ſine acie mirio, tum præſertim cum auro ſcatent, colore ſe produnt. Statura illa & filum faciei, ſapientis ſunt. Tum dulcor & mellinia linguæ ſuadam in te non vulgarem ſuadent. Sine affectatione tamen. Ut enim ſine fuco forma, ita pœne ſine linguâ eloquentia placet. Fœminarum eſt largiri linguâ;
&

& naturam bonam non bonâ affectariunculâ deturpare. Tu vir in hoc nobis, qui cum modeſtiâ utrumque, & linguam & formam habes. Sed non ultra ego Phyſiognomus: qui ſciam hæc in erudito ut non deſiderari, ita nec contemni. Verus ille theſaurus, qui in pectore conditur. Hic cum te diſputo, vereor, ut bis ſim, & alogiſtos & aſyllogiſtos. Penu illud tuum multiſcientiâ plenum: quam tamen ex tenebris noſtris, corporis potius quam mentis oculis uſurpo. Multi enim ingenii tui fœtus: quibus tu nobis clarus, ut ſimili prole puerpera. Hinc te colimus Italiæ Lipſium. Quid ni? ab ejus es manu, nec impare eruditione; & ominor, majori famâ. Perge modo hac gloriæ orbitâ, dũ caletur ſtudiis. Intermiſſum enim, ut fiat novale ingenium, ſenticetum ignorantiæ inducit. Quod ſi velis tollere poſt, non liceat. Hinc ego in Petrâ γρῦ tero. Dum enim mihi faveo, ecce fatum venit & incitæ ſtudiorum. Nec fas revocare gradum. Corpora enim in præceps data non amplius ſui ſunt juris. Pereo, non eo: jacturam ingenii ſimul & eruditionis faciens. Culpa tamen & in pertinaciâ quorundam: quam ut eluant, Dei juſtitiæ concedimus. Tu vero ſape, ut potes, dum potes; & nos tui amantes redama. Vale Patavi, Prid. Kal. Jul. ∞. Ioc. iv.

EPISTOLA LXVI.

THOMÆ GRUTERO Patri.

EN tibi, parens, hoc ex theſibus moretum. Ita enim vocare libet, in quo nec ſal, nec anima.

Quaſi una multa jura confundit coquus,
Quid oleant neſcias, niſi id unum ut male olere intelligas.

Bonam ſcævam, inquies, primâ fronte! bonâ nec excuſo. Viantibus enim nulla lex poſita. Ædilitia gero; pro imperio loquor. Quid ni? urbanatim, vicatim, viritim feror: & nuſquã mihi ſedes, niſi in motu. Quaſi Protei conſtantiam adfingas non acu, ſed palo rem tetigeris. Sed ſerio. Theſes hic damus; quod tuum eſt, quod eſſe nolis. Tuum inquam; tuis impenſis & portiſculo enatum, meo ſtudio accuratum. Quod eſſe nolis: nam ſine ordine & definito termino concinnatum. Fateor, mens mihi uſque palans. Quia in præcipitio itineris non facile ad curam aſſiduam appronat. Utut ſit fœtus, amo te. Levana eſto. Duplici nomine; & ob affectum, & ob effectum. Vitam tibi debeo, & ut ille ait, quæ nobiſcum portantur. Gratitudinis ergo notâ præverto quæ exſolvere non eſt opis meæ. Effectum interpretor erudi-

eruditionem, hoc eſt, collatam rudem in militiâ medicâ. Gradum alii vocant; & jure, quod ſcala magis ad ſcientias quàm honores eſſe debeat. Sed quam vulgo variat! Ego ſtadium hinc mihi, non metam collineo. Stadium inquam, non terras evagandi ſed libros;& auſpicia nova cum Muſis redintegrandi. Ita Præſes Apollo faxit & faveat. Vale. Franequeræ, x. Kal. Maii ∞. Ioc. v.

EPISTOLA LXVII.

ERYCIO PUTEANO *Profeſſori eloq. & Hiſt. Reg.*

NEmo alius eſt, mi Puteane, præter mentem ſuam. Famâ te prætuli Lipſio; ſed futura. Quidni? Viſi ſæpe ſuis diſcipulis ſecũdi præceptores. Natura enim ad perfectitudinem molitur: & creſcentibus ingeniis, auget ingenia. Hinc ſeculorum tanta metamorphoſis: ut barbariem dixeris, quæcunque anteriorum fuit ætas proxima. At vero Lipſium omnia ſcire, adeo Puteanus non fueris. Iſto præfinias Juſtitiæ Dei: quem non uni omnia, nec uno tempore largiri æquum & verum eſt. Primordia in quovis rudia: nec ſubito exiſtunt quæ fiunt. Seculum noſtrum vide; & ſecus criticum. Primos illos magnos dixeris, ſed in-

ter ſuos. Hos noſtratibus ſi contra habeas, anſeres videas inter olores. Ita accreſcendo ſatagunt humana ingenia, & ſeipſis majora evadunt. Fortaſſis erit, quando inferiores ibunt iſti ſuperbi gloria, quique imper um hoc literarium hodie occuparunt. Quod pro omine tibi & poſui, & pono. Perge modo, ut dixi hac gloriæ orbita, perſeverantiæ pede. Lipſiana non te ſpernet, niſi tu ſamam. Vale, & me ama, Patavii XI. Kal. Maii ∞. Іɔc. IV.

EPISTOLA LXVIII.
GERARDO COMIO
Conſ. Nationis Medicorum.

AT tu quidem candidus es, Magnifice Cōſ. decem enim ſeniorum ſuffragia, in una charta juxtim poſita, aperte ſupprimis. An ut non dignus ego qui videam, illa quæ videantur? At tu oſtendere tamen, ſi legem ſervares. Peccatum hoc tuum eſt, ſed & de legibus, quas ę bonis bonas tollendas putas. Sed putas. Patavii IV. Kal. Jul. ∞. Іɔc.

EPISTOLA LXIX.
ERYCIO PUTEANO
Prof. eloq. & Hiſt. Reg,

REſpondere te ad literas meas poſſe negas, mi Puteane. Adeone vel dicto vel ductu ſubti-

ſubtiles? Literatæ ſunt, inquies, in laudes meas. Quid peccant, ſi in amici, ſi in meriti? Suus cuique liber ſenſus, ſuum & judicium. Tene vero ut laudem falſo? Si demonſtraveris, meum eſt non tuum hoc peccaſſe. Sed ſcio quorſum mutitio. Deprimere te non potes, niſi ut attollas, inquit ſapiens ille Romanus. Mi Puteane, nimis es Catonianus. Secula variant variantibus hominibus. In Italia ſumus: ita eſt: ſed inter eos, qui honeſtatem cum judicādi licentia conjungunt. Semper & ubique odioſa effutitio. Quæ de capite ſunt, in his & nos Hetruriam vidimus. Huc tu cum te transfers laudari ob licita, culpari ob illicita, diſcipulus eſto. Vale. Patavii, Prid. Kal. Maij ∞. Ioc. II.

EPISTOLA LXX.

THOMÆ BYACO

DIu eſt quod non ſcripſi, mi Thoma, ſuſpicione enim mortis veſtræ detent9 fui. An non ea vobis ætas, quà poſſitis? Eadem cum reliquis lex, ut mori debeatis? Acceſſit, diuturnum veſtrum ad meas ſilentium, confirmatio Abſtinui itaque: & nunc id facerem, niſi lux quædam, & fama incolumitatis veſtræ aures recreaſſet. Nam vitam vos agere, quidam nunciavit: ſed eam nimis vivacem, hoc eſt, judicium aut pertinaciam ſilentio conjungere

jungere. Dignum me, qui oblique, nec ex præſcripto egiſſe ferar. O ſeculum! ô mores! ô vanam credulitatem! nec aliud excuſo. Quis enim famæ alas intervellat! Non ego: cui cõſcientia murus aheneus. Hominem tamen me non nego. Sed quid ſit humanum, humanorum eſt judicare. Sapienter loquor & diſtincte. Nec plura excuſo. Hoc tantum: peccare quandoq;, ſed attolli identidem, ſemper laudabile, &c. Vale, & me ama. Patavii, Prid. Kal. Jun. ∞.Ioc. II.

EPISTOLA LXXI.
ERYCIO PUTEANO.
Prof. eloq. & Hiſt. Reg.

PArvum negotium, parvo homine exequor, mi Puteane: hoc eſt, quod dicitur, *Vara vibiam*. Mitto ad te per Nanum noſtrum ſchediaſma hoc de Nævis: opus ut vobis videtur novum, cum fori res ſit, inter ſeplaſiariorum ludicra hoc mihi præſto fuit. Et inquam Septalius noſter ſtipes colligit aut ex lotio lucrum? Nam inventum illi debebam, te creditore. Cæterum rationes tu iniveris, & vale. Mediolani, Prid. Kal. Jul. ∞. Ioc. III.

EPISTOLA LXXII.
N. N.

Gellium

GEllium quem tu quæris, ego nuſquam reperi. Eſt ne in Italia? nam famâ nunquam antea accepi. Niſi forte Romam profectus ſit, tenore itineris. Illuc eum ſequere ſi voles. Sed quid Gellius tantum tibi ad retardandum iter faciat? anne ut Geldius ſit: & operam præſtet, imo pecuniam. Mi N. communes iſtæ amicitiæ leves: & ad aram uſque bonæ, non aurum. Anglus tibi potius quærendus quam Friſius. Niſi Licentiæ, ut vocant, interdictæ; quibus mereandi viæ clauſæ. Sapienti ſat dictum. Quicquid ſit, ego tibi ad perficiendum iter autor. Vel eo, quod ex primo tibi hoc conſilio. Scis, muliebre tibi ingenium: quo magis conſultas eo magis te conturbas. Quare Italiam relinque, quam pede parum fauſto preſſiſti. Cæterum naſum tibi non invidemus. Nos æque odoramur, atque diſtinguimus inter oletum illud & Tullianam myrrham. Tibi ſi ſum, qui fui, Deo debetur, qui vitale illud hactenus dedit & dabit. Vale. Patavii v. Kalend. Januar. ∞.IↃC.

EPISTOLA LXXIII.
THOMÆ SEGETO.

LIteras tuas ad Catium vidi, mi Segete, placet in iis brevitas & expreſſus tuus candor. Pauci hodie tales, & pleræque curvæ mentes.

Sed cur non de eodem oleo, ad nos? proletaria enim opera, nec tuis occupationibus incommoda, niſi forte ut verſus moliri te fateris ita literas dicas, cum vi ſcilicet. Abſit à cerebro tuo vis, quæ Lucina ringente vel monſtrum vel mortem pariat. Partus enim violentus cum puerperæ & fœturæ eſt periculo. Volumus à toto facili tota facilia. Quod tibi damus & credimus. Non illud; nullam in Arnoldianis mei factam mentionem. Hem, inquam ſubito, & calamus divortium facit? Veritas hæc eſt, mi Segete, & erubeſcas. Etſi enim tu Prætor, ego nec Lixa: ſodalitas tamen omnes pares accipit aut facit. Emenda ergo & in hoc ut valeas, cura. Patavii prid. Kalend. Jun. ∞. Iↄc.

EPISTOLA LXXIV.

LELIO PALAVICINO *Italo.*

AB occaſione eſt, mi Leli, quod ad te ſcribo. A materia enim omnis ſilentii autoritas: quam trahere ad ſcribendum, curioſæ nimis diligentiæ eſt. An non hæc caput & pes ſcriptioni? Siquidem illa ubi ſtat, ibi hæc currit: ſerio loquor: cum nemo accedat ad ſcribendum, ſcribat ad accedendum quam per il-

lam.

lam. Verba enim nihil ad fartum; certe nihil ad rem. Ut qui veſte ſe dilatant, homonciones tenui & arido corpore, corpus nihil; ita pauca ſæpe ſcribunt qui multa profundunt. Quæ cauſa eſt, ut inopiæ hæc retinacula, officioſæ ſedulitati hactenus injecerim. Nunc vero ea ſolvo: & ad te eo veteris conſuetudinis aura impulſus, nonnihil occaſionis hoc momento excitatus. Etſi cauſatius latuiſſem intra parietes ſilentii Sed tu ſcriptionem excuſa: vel eo quod ab animo fœcundo materia licet ſterili profecta. Vale & me ama. Romæ, VI. Kal. Auguſt. ∞. Io. XCVIII.

EPISTOLA LXXV.
JULIO CASSERIO
Medico & anatomico Patavino.

IGnotus non ignotum appello, Vir Clariſſime; ſumma enim in te eruditio, de te apud ſummos fama. Sunt qui invident? Eſto, hoc ipſo inferiores quod invident. Ut fulmen niſi dura, ita livor alta petit. Attamen multi te ex vero judicant. Et quis neget deberi quod cum ſalute tot hominum mereris? Tu praxi felix, pœne & Phœnix inter Patavinos unum & unicum ſpectamen. Ita Theoriam tractas, ut τὸν θεὸν aut divinum omnes agnoſcamus. Sequantur, qui cum ad formulas ventum, in anus ſe transformant; de cauſis accepti

magis

magis quam receptæ diſerti. Macte virtute: ſtadium hinc tibi ad immortalem gloriam: cujus metam nullus faber (alluſio ad nomen F. Aquapendentis) præfabricet. Natantia illa dicta & bullæ ad te eant, non in te. Littus oppone & flabrum operis anatomici. Quod famæ tibi illis fumo flere nolentes facit. Editionem urge: ſi quid ad laudes tuas addere poſſum non me cela. Huc dicta & facta conferam. Vale Vir Clariſſime, & me ama. Patavii, VII. Kal. Aug. ∞. Iↄ. XCIX.

EPISTOLA LXXVI.

HIERONYMO CAMPUGNANO *Apulo. I. Vicentino,*

QUi ſtudia Mercaturam dixit, næ ille fori haud ignarus. Ad rem enim ultra, non ſplendorem coluntur. Juriſperitorum circa lites rationes ſunt: quas cum incautis diſputant, ſed non incaute putant. Medici in morbos pugnant: quandoq; & in ſanos, quibus lavere alveum marſupiis ſolent. Dubium dente magis recipe quam capiant. Uterque in ſcientiæ ſuæ famâ anxii: quam haberi & eſſe volunt auream. Nec de artibus impar ratio. Illiberales jam ultra ad lucra vertuntur, nominis priſtini immemores. O ſecula, ô mores!

Animi

Animi illa prius cultura, nunc ſordida corpori & culinæ præeſt. Sed hæc quæri potius quã emendare par. Perſedit enim malum: & evellere prius artes quam hoc avellere liceat. Niſi fallit omen, barbaries jam damnata gradum figet: & in occaſum ibit literatura omnis melior. Sed caveant illi de meliori luto. Ego, ut fatear Muſas ad animi formam colo. Spero quietem ex ijs & ſubductionem à curis; nunquam eas abjeci, ut meretricio quæſtu ſeſe oppignerarent. Liberales ex Belgio duxi; mancipium ſpernunt. Sed ô fatum! genio mihi meo obluctatur fortunæ inimica vis: quæ me ad Aſperam virtutem cogit. Sed ut Principes viri dum rurant, ſepono aſty non depono. Quæ mihi mens: quam magis etiam obſtino oblata à vobis amicitia; & opere Italico, quod Latio vis à me donari. Quid ſim animi, ex ſuperioribus intelligis. Itero, & operam meam & meipſum tibi do, ſi quid ad laudes tuas facere poſſunt, habeas: & me tui amantem redamare pergas. Vale Vir Clariſſime. Patavij IV. Kalend. Jun. ∞. Iↄ c.

Epistola LXXVII.

JULIO CASSERIO

P. Medico & Anatomico.

PRæſens ego te, Vir Clariſſime, per literas alloquor. Verecundiâ abſtineor necon fun-

dar, & veneratione tui ne te confundam. Opprimere enim inopinatum, rus merum, nec ab aſty eſt. Mitto manum, ut alloquium ſternam, & te offendam ſine tua offenſa, domi. Multa te circumſtant negotia, ne vacare alijs ſemper, ſæpe nec tibi liceat. Suadent mores, fit uſu. Qui Medicum hoc forum ingreſſi, jus libertatis perdunt. Ægrorum cura, ſua ſibi eſt indiligentia. Hinc itaque & de abſentia tua mihi ratum. Quam literis ante verto, ut te inveniam: quæ Jovem Statorem agere & expectare norunt; præſentes nec in ruborem pronæ. Sed quid iteratis opus? inquies, domi ego te ut alloquerer, expectabam. En adſum; literis & ore, illis breviter & quaſi ad puncta mentem indico, hoc fuſe jamnunc & quaſi manu aperio. Audi ſi vacat: adſum ſi vocat. Vale. Patavij, III. Kal. Jul. ∞. I ɔ c.

EPISTOLA LXXVIII.
SIXTO ARCERIO
Doctori Medico.

Silentij tu quidem plenus es, mi Arceri. Nuper de abitu tuo Leovardiam, nunc de ſuppreſſis ad amicos literis. At tibi fides aliter dictare potuit, & amor: quorum uterq; ſuadet amicos ſine amicorum offenſa coleudos. De peccato tu videris. Leidenſes certè ſcient

tam

tam bellam ſcribendi occaſionem nullo negotio anteverti oportuiſſe. Nam de abitu tuo ego facilior. Cæterum Aio Locutio litā, & vale. Franequeræ VII. Kalend. Auguſt. ∞. Iↄ.XCVIII.

Epistola LXXIX.

ERYCIO PUTEANO
Profeſſ. Eloq. & Hiſt. Reg.

S. P. Venetijs, tam ſubitò? inquies. Ita ſum, ut conſilia habeam matura & ſub manu nata. Pecuniam ego ivi ut quæram: non meam ne ſuſpiceris, ſine furto tamen. Nunquam enim Sumano litavi: manus præ me habeo ſteriles ubique effero. Hoc fidei debetur; & Venetijs ſum ut aurum alienum per ſtagnoſa illa loca piſcer. Piſcatorem tamen dixeris cave. Hamum ego vel rete pro quæſtu non habeo: etſi Petrus & in mari velut natus. Quid tibi ergo, inquies, rei Venetijs? hoc quod dixi, pecuniæ alienæ. Anxium te ſcio, ut ſcias; jam ſolvo. Illis quibus ego à lingua, famulus erat à manu. Cætera probus; niſi quod ſiniſtra dextrè uteretur. Muſice hoc forſan interpreteris; & intus canere eum dices. Non ille modulos norat fidicen notasve canendi: hoc tamen notabilis, quod ad unguem tangeret.

Noſti pulſandi genus novitium. Quid hoc ſit tactionis, tibi ego aperiam, ut Palladi tuæ adſcribas. Diſceſſerant ad ludum gladiatorium mei Germani, rem familiarem famulo tradentes. Sed lares ille amicos non amice veneratus, abſentiam dominorum in exercitium ſuum vertit canendi. Intrat primi toni clave; & quo condita erat auream (ducentorum Hungarorum) promit cantionem. Hæc illi mollis, heris duri fuit generis. Ablatum enim furto ærarium non tàm dolent, quàm à tali fure. Cui ſacra & profana erant fidei: nec tàm proponere pro ſervo quàm diſponere pro hero licitum erat. Sed ille canit cantumque heris nœniam relinquit. Ergo quod in funus exſequiæ hoc in furem inſequiæ parantur. Emiſſarij undique eunt ſicubi perreptaſſit per omnes civitatis angulos. Excubiæ portarum ſui muneris commonefiunt. Quæritur an in dolia vinaria dolo ſe demiſerit, & in fæce fæx hominum hæreret. Hari autem ne ſtationem faciant protenus ſe in pedes dant. Patavinis diſcurſibus, feras antea ſoliti nunc furem venantur: & ſicubi perviam ille factus, odioſa ſæpè quæſtione indagant. Ibi ego conſilio magis quàm facto potens, verbis quàm re captator. Nuperi enim illi & novitij, ſermonis Italici inopia, mei interpretis copiam

impe-

impetrarunt. Equos ergo inſcendimus: imus non ſtatim, ſed quadrigis argis citius: imò Mercurio pudorem nobis alas aptamus. Sed ô me equitem! dum impurum illud os quæro ecce natibus exitium invenio. Ita veloci & continua ſuccuſſatione excoriantur. Misereri me cepit miſerrimi Marſyæ, quem Muſicæ cum Apolline certamen corio damnavit. Sed faxit idē ille ſeu Apollo ſeu furum Deus Mercurius, ut quem pedes quæro in manus meas incidat, faxo ego natibus meis vindictam. Venetijs ergo ſum; ſi eſſe dixeris quem per fora, fana, utrunque Janum, ſine ſede circumagit, inſtabilis curſitatio, Pæne & mari ſuam dicam dico: aperiat ſicubi doloſus piſcator lintre tectus obnaviget. Sed fluctibus nulla fides. Fur iſte nunquam comparet, fortaſſis Alpeſtri itinere in Germaniam profectus. Quod ſemper ego ratum duxi, ideoque erratum cautius eum quæri vel carius. Satius fore in abſumtorem illum nil amplius abſumi. Exemplo aliorum, qui damnis illubentibus damna addidere voluntaria. Quieſcimus itaque; & valedicto, imò maledicto fure Patavium revertimur. Deus ille ſcit, ubi ſit, ubi pœnas luet. Vale, & dicta hæc potius quàm carmina in tuum furem lege. Fluxa ſunt? Inter aquas enim hac nata, genium ſuum præ ſe

 ferunt.

amore ſentio obligatum: quem jamdudum ſervas, & ut ſerves oro & obſecro. Vale Vir Clariſſime. Zirizeæ XIX. Kal.Sept. ∞.IↃC.IV.

EPISTOLA LXXXI.

JACOBO GRUTERO
fratri.

EN tibi frater, quas dixi literas, ad N. ſilentiarium, illum. Apertas eas, ut diſpicias, an pediculoſi quid (ex caſtris enim ſpeculator prodij) illis obhæreſcat. Si reperias, humanum fateare neceſſe eſt,cum Rege illo. Quanquam nec donum mihi inde opto: hoc tantum, ut ignoſcas. Labi itineranti proclive. At ſemel in me redire eſt animus: & Italiam relinquere, quam jamdiu reliqui. Cæterum lectas obſignabis. Nam mihi imago hic nulla mea. Si qua deerunt, verbis tu appendix eſto, gratia nulla apud me ingrata, vel gratuita. ſcabam mutuo, ſi prurire ſcivero. Vale. VI. Kal. ∞.IↃC.IV.

EPISTOLA LXXXII.

NICOLAO SERVIO

EN tibi, mi Servi, quam ſim ad ſcribendi officium promtus. Dilatum enim ad multum ævum ſalubri uſque otio, nunc viſum protrahere improviſo momento, loco inſolito. In

to. In navi, inquam, ubi mihi fas inaudita ſupplicatione non Muſas, ſed Nuptunum invocare. Scis quam non ibi quies. Viſum tamen, vel quia aliqui fallam ſedentariam illam vitam, vel quia te ſilentem adducam ad exemplum bonum ex facto non bono. Quanquam hoc ipſum bonum, quod ubique te circumfero, amoris vinculo pectori iſti advinctum. Hæc de me: de re neque ſcribo, & eſt quod conijcias ex ſuperioribus. Valeo: Dijs vialibus alias non invitis, quam prolixo itinere. Vale, & nauteæ hoc mecum bibe. In navi, IV. Kal. Mart. ∞. IↃC. VI.

Epistola LXXXIII.

Jano Murdisono *Scoto.*

CUM conſcientiæ meæ vulnere fuit, mi Murdiſone, quod hactenus ad te non ſcripſi. Cæterum calceum hunc vide, nemo ſcit ubi me premat. Nunc id facio occaſione nimis commoda abiturientis hujus Galli; qui apud vos morari, tibi innotuiſſe ait. Sed & tu mereris, pectoris tui candore iſto vitreo, quem amare juxta inſignem tuam eruditionem cõſuevi. Nam aliorum perverſa ingenia ego non ignoro. Quibus, ſi quid dicto vel facto candi-

magis quam receptæ diſerti. Macte virtute: ſtadium hinc tibi ad immortalem gloriam: cujus metam nullus faber (alluſio ad nomen F. Aquapendentis) præfabricet. Natantia illa dicta & bullæ ad te eant, non in te. Littus oppone & flabrum operis anatomici. Quod famæ tibi illis fumo flere nolentes facit. Editionem urge: ſi quid ad laudes tuas addere poſſum non me cela. Huc dicta & facta conferam. Vale Vir Clariſſime, & me ama. Patavii, VII. Kal. Aug. ∞. Io. XCIX.

EPISTOLA LXXVI.

HIERONYMO CAMPUGNANO *Apulo. I. Vicentino,*

QUi ſtudia Mercaturam dixit, næ ille fori haud ignarus. Ad rem enim ultra, non ſplendorem coluntur. Juriſperitorum circa lites rationes ſunt: quas cum incautis diſputant, ſed non incaute putant. Medici in morbos pugnant: quandoq; & in ſanos, quibus lavere alveum marſupiis ſolent. Dubium dente magis recipe quam capiant. Uterque in ſcientiæ ſuæ famâ anxii: quam haberi & eſſe volunt auream. Nec de artibus impar ratio. Illiberales jam ultra ad lucra vertuntur, nominis priſtini immemores. O ſecula, ô mores!

Animi

Animi illa prius cultura,nunc ſordida corpori & culinæ præeſt. Sed hæc quæri potius quã emendare par. Perſedit enim malum: & evellere prius artes quam hoc avellere liceat. Niſi fallit omen, barbaries jam damnata gradum figet: & in occaſum ibit literatura omnis melior. Sed caveant illi de meliori luto. Ego,ut fatear Muſas ad animi formam colo. Spero quietem ex ijs & ſubductionem à curis; nunquam eas abjeci,ut meretricio quæſtu ſeſe oppignerarent. Liberales ex Belgio duxi; mancipium ſpernunt. Sed ô fatum! genio mihi meo obluctatur fortunæ inimica vis: quæ me ad Aſperam virtutem cogit. Sed ut Principes viri dum rurant, ſepono aſty non depono. Quæ mihi mens: quam magis etiam obſtino oblata à vobis amicitia; & opere Italico,quod Latio vis à me donari. Quid ſim animi, ex ſuperioribus intelligis. Itero, & operam meam & meipſum tibi do, ſi quid ad laudes tuas facere poſſunt, habeas: & me tui amantem redamare pergas. Vale Vir Clariſſime. Patavij IV. Kalend. Jun. ∞. Iɔ c.

EPISTOLA LXXVII.

JULIO CASSERIO

P. Medico & Anatomico.

PRæſens ego te, Vir Clariſſime, per literas alloquor. Verecundiâ abſtineor necon fun-

dar, & veneratione tui ne te confundam. Opprimere enim inopinatum, rus merum, nec ab aſty eſt. Mitto manum, ut alloquium ſternam, & te offendam ſine tua offenſa, domi. Multa te circumſtant negotia, ne vacare alijs ſemper, ſæpe nec tibi liceat. Suadent mores, fit uſu. Qui Medicum hoc forum ingreſſi, jus libertatis perdunt. Ægrorum cura, ſua ſibi eſt indiligentia. Hinc itaque & de abſentia tua mihi ratum. Quam literis ante verto, ut te inveniam: quæ Jovem Statorem agere & expectare norunt; præſentes nec in ruborem pronæ. Sed quid iteratis opus? inquies, domi ego te ut alloquerer, expectabam. En adſum; literis & ore, illis breviter & quaſi ad punctamentem indico, hoc fuſe jamnunc & quaſi manu aperio. Audi ſi vacat: adſum ſi vocat. Vale. Patavij, III. Kal. Jul. ∞.I၁c.

EPISTOLA LXXVIII.

SIXTO ARCERIO

Doctori Medico.

SIlentij tu quidem plenus es, mi Arceri. Nuper de abitu tuo Leovardiam, nunc de ſuppreſſis ad amicos literis. At tibi fides aliter dictare potuit, & amor: quorum uterq; ſuadet amicos ſine amicorum offenſa coleudos. De peccato tu videris. Leidenſes certè ſcient

tam

tam bellam ſcribendi occaſionem nullo negotio anteverti oportuiſſe. Nam de abitu tuo ego facilior. Cæterum Aio Locutio litã, & vale. Franequeræ VII. Kalend. Auguſt. ∞. IƆ.XCVIII.

EPISTOLA LXXIX.
ERYCIO PUTEANO
Profeſſ. Eloq. & Hiſt. Reg.

S. P. Venetijs, tam ſubitò? inquies. Ita ſum, ut conſilia habeam matura & ſub manu nata. Pecuniam ego ivi ut quæram: non meam ne ſuſpiceris, ſine furto tamen. Nunquam enim Sumano litavi: manus piæ me habeo ſteriles ubique effero. Hoc fidei debetur; & Venetijs ſum ut aurum alienum per ſtagnoſa illa loca piſcer. Piſcatorem tamen dixeris cave. Hamum ego vel rete pro quæſtu non habeo: etſi Petrus & in mari velut natus. Quid tibi ergo, inquies, rei Venetijs? hoc quod dixi, pecuniæ alienæ. Anxium te ſcio, ut ſcias; jam ſolvo. Illis quibus ego à lingua, famulus erat à manu. Cætera probus; niſi quod ſiniſtra dextrè uteretur. Muſice hoc forſan interpreteris; & intus canere eum dices. Non ille modulos norat fidicen notasve canendi: hoc tamen notabilis, quod ad unguem tangeret.

Noſti pulſandi genus novitium. Quid hoc ſit tactionis, tibi ego aperiam, ut Palladi tuæ adſcribas. Diſceſſerant ad ludum gladiatorium mei Germani, rem familiarem famulo tradentes. Sed lares ille amicos non amice veneratus, abſentiam dominorum in exercitium ſuum vertit canendi. Intrat primi toni clave; & quo condita erat auream (ducentorum Hungarorum) promit cantionem. Hæc illi mollis, heris duri fuit generis. Ablatum enim furto ærarium non tàm dolent, quàm à tali fure. Cui ſacra & profana erant fidei: nec tàm proponere pro ſervo quàm diſponere pro hero licitum erat. Sed ille canit cantumque heris nœniam relinquit. Ergo quod in funus exſequiæ hoc in furem inſequiæ parantur. Emiſſarij undique eunt ſicubi perreptaſſit per omnes civitatis angulos. Excubiæ portarum ſui muneris commonefiunt. Quæritur an in dolia vinaria dolo ſe demiſerit, & in fæce fæx hominum hæreret. Hari autem ne ſtationem faciant protenus ſe in pedes dant. Patavinis diſcurſibus, feras antea ſoliti nunc furem venantur: & ſicubi perviam ille factus, odioſa ſæpè quæſtione indagant. Ibi ego conſilio magis quàm facto potens, verbis quàm re captator. Nuperi enim illi & novitij, ſermonis Italici inopia, mei interpretis copiam impe-

impetrarunt. Equos ergo inſcendimus: imus non ſtatim, ſed quadrigis argis citius: imò Mercurio pudorem nobis alas aptamus. Sed ô me equitem! dum impurum illud os quæro ecce natibus exitium invenio. Ita veloci & continua ſuccuſſatione excoriantur. Miſereri me cepit miſerrimi Marſyæ, quem Muſicæ cum Apolline certamen corio damnavit. Sed faxit idē ille ſeu Apollo ſeu furum Deus Mercurius, ut quem pedes quæro in manus meas incidat, faxo ego natibus meis vindictam. Venetijs ergo ſum; ſi eſſe dixeris quem per fora, fana, utrunque Janum, ſine ſede circumagit inſtabilis curſitatio, Pæne & mari ſuam dicam dico: aperiat ſicubi doloſus piſcator lintre tectus obnaviget. Sed fluctibus nulla fides. Fur iſte nunquam comparet, fortaſſis Alpeſtri itinere in Germaniam profectus. Quod ſemper ego ratum duxi, ideoque erratum cautius eum quæri vel carius. Satius fore in abſumtorem illum nil amplius abſumi. Exemplo aliorum, qui damnis illubentibus damna addidere voluntaria. Quieſcimus itaque; & valedicto, imò maledicto fure Patavium revertimur. Deus ille ſcit, ubi ſit, ubi pœnas luet. Vale, & dicta hæc potius quàm carmina in tuum furem lege. Fluxa ſunt? Inter aquas enim hac nata, genium ſuum præ ſe

 ferunt.

ferunt. Sordida? Hoc ſitus habent, quem contraxi poſt quam in exilium Muſas egi. Haud proba denique? Luſi ex tempore, imò pœnè extra tempus. Boni tamen conſules, quod primitiæ eæ mihi poſt unum decenniũ: & quod ea non bona ni tibi non bonum. Iterum vale. Venetijs IV. Kal. Januar. ∞. Ioc.

EPISTOLA LXXX.
N. N. SECRETARIO.

SAt habet favitorum, ſemper qui rectè facit, inquit Plautus, mi N. N. Ego contra, ſat rectè facit, cui favitorum abunde eſt. Ad munus enim mihi hodie quis emergit, ſine ſcirpea hac rate? Addo quod hæredia pœnè dignitates. Patruo enim demortuo, ecce cognatulus quis vicem obit: obit, inquam, cum is ſæpè ab omni virtute egelidus. Atque hoc in utraque republica ſolens. Nam & in noſtra literatorum, vilis ad honores ſcala, literatura: & animi magis quàm corporis pabulum. Hæc ideò tecum Vir Clariſſime diſquiro, ut cum & ego quæram te ductore reperire queam. In procinctu nuper ad legiones noſtras, ſermo tecum familiaris in promontorio Uliſſingano, cogitatio talis. Nam animi gratia transfretare ad Cluſam, nec animus erat nec gratia; ubi maritimis modis jactari, utroque ele-
mento

mento proclive eſſet periculoſo Marte & Neptuno. Votum hoc erat, ut in tuam fidem res meas traderem. Neque ſpes adeò lubrica, niſi pertinacia Hiſpanorum urbem propugnantium obſcœvaret. Fautor enim mihi Nobiliſſimus Vir N. Præſes jam Conſilij ad Cluſam: mihi olim in itinere Romano Comes & accubuus. Recordatio hoc facit, contubernij noſtri; nonnihil concepta illi de me opinio. Quis ſim & quo, liquidum vobis, jam ab incunabulis, cum uno portiſculo literario res noſtræ agerentur. Poſtquam immigravimus in ingenium noſtrum, disjuncti quidem fuimus; ſed corpore non animo, qui præſens in tanto locorum intervallo ſurculum illum amoris non fovit ſed auxit. Coram es in ſacra menſa teſtatus, lauto prandio, ſermone lepido, honore maximo. Quem auro contra habeo, amari à tali, quem amant tales & in ſua ſecreta civitas N. admiſit. Quo æquius eſt, ne incœpto deſiſtas: & me immunem hactenus ad omnia promtum, promovere pergas: nihil rebus tuis decedat volo; auxiliũ à verbis peto. Parenti tuo, per te commendatum velim, ea nota quâ me noſti: ut ſi dabitur occaſio, mei ſit memor: Ego curriculo ad quietem tendo: bigis hoc effecturus, parente tuo & N. illo. Tertium te addo, cui me præter beneficia,

amore ſentio obligatum: quem jamdudum ſervas, & ut ſerves oro & obſecro. Vale Vir Clariſſime. Zirizeæ XIX. Kal. Sept. ∞.IↃC.IV.

EPISTOLA LXXXI.
JACOBO GRUTERO
fratri.

EN tibi frater, quas dixi literas, ad N. ſilentiarium, illum. Apertas eas, ut diſpicias, an pediculoſi quid (ex caſtris enim ſpeculator prodij) illis obhæreſcat. Si reperias, humanum fateare neceſſe eſt, cum Rege illo. Quanquam nec donum mihi inde opto: hoc tantum, ut ignoſcas. Labi itineranti proclive. At ſemel in me redire eſt animus: & Italiam relinquere, quam jamdiu reliqui. Cæterum lectas obſignabis. Nam mihi imago hic nulla mea. Si qua deerunt, verbis tu appendix eſto, gratia nulla apud me ingrata, vel gratuita. ſcabam mutuo, ſi prurire ſcivero. Vale. VI. Kal. ∞.IↃC.IV.

EPISTOLA LXXXII.
NICOLAO SERVIO

EN tibi, mi Servi, quam ſim ad ſcribendi officium promtus. Dilatum enim ad multum ævum ſalubri uſque otio, nunc viſum protrahere improviſo momento, loco inſolito. In

ro. In navi, inquam, ubi mihi fas inaudita ſupplicatione non Muſas, ſed Nuptunum invocare. Scis quam non ibi quies. Viſum tamen, vel quia aliqui fallam ſedentariam illam vitam, vel quia te ſilentem adducam ad exemplum bonum ex facto non bono. Quanquam hoc ipſum bonum, quod ubique te circumfero, amoris vinculo pectori iſti advinctum. Hæc de me: de re neque ſcribo, & eſt quod conijcias ex ſuperioribus. Valeo: Dijs vialibus alias non invitis, quam prolixo itinere. Vale, & nauteæ hoc mecum bibe. In navi, IV. Kal. Mart. ∞. I Ɔ C. VI.

Epistola LXXXIII.

Jano Murdisono *Scoto.*

CUM conſcientiæ meæ vulnere fuit, mi Murdiſone, quod hactenus ad te non ſcripſi. Cæterum calceum hunc vide, nemo ſcit ubi me premat. Nunc id facio occaſione nimis commoda abiturientis hujus Galli; qui apud vos morari, tibi innotuiſſe ait. Sed & tu mereris, pectoris tui candore iſto vitreo, quem amare juxta inſignem tuam eruditionem cõſuevi. Nam aliorum perverſa ingenia ego non ignoro. Quibus, ſi quid dicto vel facto candi-

dum eſt, erratum dicitur: alludiant, lamberant; & tanquam ſemitarij furcam trahant, faceti circumferunt. Expertus loquor; atque amicis debeo quod expertus, in os enim mihi talia nunquam. Sed ut canes in lapidem, ita illi in abſentem. Nil tamen moveor. Ut quid enim? Demant mihi aliquid iſti Lentuli? nihilo magis, quam non addant ſi nil adſit. In quo acquieſco; certus ſuam cuique virtutem vel eſſe, vel æſtimari. Apud nos omnia ut volumus, an & apud vos, tu ſcribe per otium. Mittendi via N. eſto. Vale Vir Doctiſſime, & me ama. Zirizeæ, 1. Kalend. Septembr. ∞. Iↄc. VIII.

EPISTOLA LXXXIV.
IACOBO GRUTERO *fratri.*

EX caſtris caſtratus redij. Quid? inquies, num ea parte minor, qua viri ſumus? Abſit inteſtatio. Equidem mutilus; ſed opinione, & ſpe. Multo enim ante Cluſam datam acta & tranſacta omnia. Hagæ Comitis inquã: N. opera, N. Aſſenſu. Ita literæ noſtræ omnes lituræ. Hoc tamen literatæ, quod favorem mihi Heroum talium concinnarint. In Concilio enim ab illis oblatus, occaſione dicta dilatus. Ego interim quid? Spe ſpem alo, animo

mo nihil fractior. Inter hæc Cluſia nobis facta Patulſia; bello inteſtino, hoc eſt, fame. Inediâ enim coactum Hiſpanorum illud agmen, vix vi abigendum. Selecta pubes ad quinque millia, ipſo numero victa. Civitas debilis, urbs fortis, pauci enim incolæ, parca ædificia, mœnia aggeribus terreis, aqueis conflugibus inviƈtiſſima. Ita admœnire cunctando, Fabij fuit. Cæterum Arcerius pater, ut cum Anglis loquar, ivit; ſed ad beatos. Tibi ſi vivacitas inde ſperanda favente N. Profeſſio Græcæ linguæ, apta tibi, qui magis *calles quam callus aprugnus*. Salarium ſeptingentorum florenorum in loco ubi vile eſt quicquid emas. Munus honorificum, facile, quietum ad ſtudia. Tu cogita utrum pulveri tuo hæc præferre ſatius ſit. Vale. Zirizeæ, IV. Kal. Septemb. ꝯ.Iↄc. IV.

Epistola LXXXV.
THOMÆ HERBAIO
Proc. Gen. Friſiæ.

PRofuſio ea mera, non liberalitas, ſi quæ â paupere avaro erogentur, mi Herbaie. in cloacam enim ea proluit; non magis ſatur quam Oceanus levi alicujus fluvij imbre. Quid inquies ad me? qui quidē nec Oceanus ſum, nec tibi avarus. Fateor, ſæpe benevolen-

tiæ

magis quam receptæ diſerti. Macte virtute: ſtadium hinc tibi ad immortalem gloriam: cujus metam nullus faber (alluſio ad nomen F. Aquapendentis) præfabricet. Natantia illa dicta & bullæ ad te eant, non in te. Littus oppone & flabrum operis anatomici. Quod famæ tibi illis fumo flere nolentes facit. Editionem urge: ſi quid ad laudes tuas addere poſſum non me cela. Huc dicta & facta conferam. Vale Vir Clariſſime, & me ama. Patavii, VII. Kal. Aug. ∞. Io. XCIX.

EPISTOLA LXXVI.

HIERONYMO CAMPUGNANO *Apulo. I. Vicentino,*

QUi ſtudia Mercaturam dixit, næ ille fori haud ignarus. Ad rem enim ultra, non ſplendorem coluntur. Juriſperitorum circa lites rationes ſunt: quas cum incautis diſputant, ſed non incaute putant. Medici in morbos pugnant: quandoq; & in ſanos, quibus lavere alveum marſupiis ſolent. Dubium dente magis recipe quam capiant. Uterque in ſcientiæ ſuæ famâ anxii: quam haberi & eſſe volunt auream. Nec de artibus impar ratio. Illiberales jam ultra ad lucra vertuntur, nominis priſtini immemores. O ſecula, ô mores!

Animi

Animi illa prius cultura, nunc ſordida corpori & culinæ præeſt. Sed hæc quæri potius quā emendare par. Perſedit enim malum: & evellere prius artes quam hoc avellere liceat. Niſi fallit omen, barbaries jam damnata gradum figet: & in occaſum ibit literatura omnis melior. Sed caveant illi de meliori luto. Ego, ut fatear Muſas ad animi formam colo. Spero quietem ex ijs & ſubductionem à curis; nunquam eas abjeci, ut meretricio quæſtu ſeſe oppignerarent. Liberales ex Belgio duxi; mancipium ſpernunt. Sed ô fatum! genio mihi meo obluctatur fortunæ inimica vis: quæ me ad Aſperam virtutem cogit. Sed ut Principes viri dum rurant, ſepono aſty non depono. Quæ mihi mens: quàm magis etiam obſtino oblata à vobis amicitia; & opere Italico, quod Latio vis à me donari. Quid ſim animi, ex ſuperioribus intelligis. Itero, & operam meam & meipſum tibi do, ſi quid ad laudes tuas facere poſſunt, habeas: & me tui amantem redamare pergas. Vale Vir Clariſſime. Patavij IV. Kalend. Jun. ∞. IↃ c.

EPISTOLA LXXVII.

JULIO CASSERIO

P. Medico & Anatomico.

PRæſens ego te, Vir Clariſſime, per literas alloquor. Verecundiâ abſtineor necon fun-

dar, & veneratione tui ne te confundam. Opprimere enim inopinatum, rus merum, nec ab aſty eſt. Mitto manum, ut alloquium ſternam, & te offendam ſine tua offenſa, domi. Multa te circumſtant negotia, ne vacare alijs ſemper, ſæpe nec tibi liceat. Suadent mores, fit uſu. Qui Medicum hoc forum ingreſſi, jus libertatis perdunt. Ægrorum cura, ſua ſibi eſt indiligentia. Hinc itaque & de abſentia tua mihi ratum. Quam literis ante verto, ut te inveniam: quæ Jovem Statorem agere & expectare norunt; præſentes nec in ruborem pronæ. Sed quid iteratis opus? inquies, domi ego te ut alloquerer, expectabam. En adſum; literis & ore, illis breviter & quaſi ad puncta mentem indico, hoc fuſe jamnunc & quaſi manu aperio. Audi ſi vacat: adſum ſi vocat. Vale. Patavij, III. Kal. Jul. ∞. Iↄ c.

EPISTOLA LXXVIII.
SIXTO ARCERIO
Doctori Medico.

Silentij tu quidem plenus es, mi Arceri. Nuper de abitu tuo Leovardiam, nunc de ſuppreſſis ad amicos literis. At tibi fides aliter dictare potuit, & amor: quorum uterq; ſuadet amicos ſine amicorum offenſa coleudos. De peccato tu videris. Leidenſes certè ſcient

tàm

tam bellam ſcribendi occaſionem nullo negotio anteverti oportuiſſe. Nam de abitu tuo ego facilior. Cæterum Aio Locutio litā, & vale. Franequeræ VII. Kalend. Auguſt. CIↃ.IↃ.XCVIII.

Epistola LXXIX.

ERYCIO PUTEANO *Profeſſ. Eloq. & Hiſt. Reg.*

S. P. Venetijs, tam ſubitò? inquies. Ita ſum, ut conſilia habeam matura & ſub manu nata. Pecuniam ego ivi ut quæram: non meam ne ſuſpiceris, ſine furto tamen. Nunquam enim Sumano litavi: manus præ me habeo ſteriles ubique effero. Hoc fidei debetur; & Venetijs ſum ut aurum alienum per ſtagnoſa illa loca piſcer. Piſcatorem tamen dixeris cave. Hamum ego vel rete pro quæſtu non habeo: etſi Petrus & in mari velut natus. Quid tibi ergo, inquies, rei Venetijs? hoc quod dixi, pecuniæ alienæ. Anxium te ſcio, ut ſcias; jam ſolvo. Illis quibus ego à lingua, famulus erat à manu. Cætera probus; niſi quod ſiniſtra dextrè uteretur. Muſice hoc forſan interpreteris; & intus canere eum dices. Non ille modulos norat fidicen notasve canendi: hoc tamen notabilis, quod ad unguem targeret.

 Noſti

Noſti pulſandi genus novitium. Quid hoc ſit tactionis, tibi ego aperiam, ut Palladi tuæ adſcribas. Diſceſſerant ad ludum gladiatorium mei Germani, rem familiarem famulo tradentes. Sed lares ille amicos non amice veneratus, abſentiam dominorum in exercitium ſuum vertit canendi. Intrat primi toni clavem; & quo condita erat auream (ducentorum Hungarorum) promit cantionem. Hæc illi mollis, heris duri fuit generis. Ablatum enim furto ærarium non tàm dolent, quàm à tali fure. Cui ſacra & profana erant fidei: nec tàm proponere pro ſervo quàm diſponere pro hero licitum erat. Sed ille canit cantumque heris nœniam relinquit. Ergo quod in funus exſequiæ hoc in furem inſequiæ parantur. Emiſſarij undique eunt ſicubi perreptaſſet per omnes civitatis angulos. Excubiæ portarum ſui muneris commonefiunt. Quæritur an in dolia vinaria dolo ſe demiſerit, & in fæce fæx hominum hæreret. Hari autem ne ſtationem faciant protenus ſe in pedes dant. Patavinis diſcurſibus, feras antea ſoliti nunc furem venantur: & ſicubi perviam ille factus, odioſa ſæpè quæſtione indagant. Ibi ego conſilio magis quàm facto potens, verbis quàm re captator. Nuperi enim illi & novitij, ſermonis Italici inopia, mei interpretis copiam impe-

impetrarunt. Equos ergo inſcendimus: imus non ſtatim, ſed quadrigis argis citius: imò Mercurio pudorem nobis alas aptamus. Sed ô me equitem! dum impurum illud os quæro ecce natibus exitium invenio. Ita veloci & continua ſuccuſſatione excoriantur. Miſereri me cepit miſerrimi Marſyæ, quem Muſicæ cum Apolline certamen corio damnavit. Sed ſaxit idẽ ille ſeu Apollo ſeu furum Deus Mercurius, ut quem pedes quæro in manus meas incidat, faxo ego natibus meis vindictam. Venetijs ergo ſum; ſi eſſe dixeris quem per fora, fana, utrunque Janum, ſine ſede circumagit inſtabilis curſitatio, Pæne & mari ſuam dicam dico: aperiat ſicubi doloſus piſcator lintre tectus obnaviget. Sed fluctibus nulla fides. Fur iſte nunquam comparet, fortaſſis Alpeſtri itinere in Germaniam profectus. Quod ſemper ego ratum duxi, ideoque erratum cautius eum quæri vel carius. Satius fore in abſumtorem illum nil amplius abſumi. Exemplo aliorum, qui damnis illubentibus damna addidere voluntaria. Quieſcimus itaque; & valedicto, imò maledicto fure Patavium revertimur. Deus ille ſcit, ubi ſit, ubi pœnas luet. Vale, & dicta hæc potius quàm carmina in tuum furem lege. Fluxa ſunt? Inter aquas enim hac nata, genium ſuum præ ſe

 ferunt.

ferunt. Sordida? Hoc ſitus habent, quem contraxi poſt quam in exilium Muſas egi. Haud proba denique? Luſi ex tempore, imò pœnè extra tempus. Boni tamen conſules, quod primitiæ eæ mihi poſt unum decenniū: & quod ea non bona ni tibi non bonum. Iterum vale. Venetijs IV. Kal. Januar. ∞. Iɔc.

EPISTOLA LXXX.

N. N. SECRETARIO.

SAt habet favitorum, ſemper qui rectè facit, inquit Plautus, mi N. N. Ego contra, ſat rectè facit, cui favitorum abunde eſt. Ad munus enim mihi hodie quis emergit, ſine ſcirpea hac rate? Addo quod hæredia pœnè dignitates. Patruo enim demortuo, ecce cognatulus quis vicem obit: obit, inquam, cum is ſæpè ab omni virtute egelidus. Atque hoc in utraque republica ſolens. Nam & in noſtra literatorum, vilis ad honores ſcala, literatura: & animi magis quàm corporis pabulum. Hæc ideò tecum Vir Clariſſime diſquiro, ut cum & ego quæram te ductore reperire queam. In procinctu nuper ad legiones noſtras, ſermo tecum familiaris in promontorio Uliſſingano, cogitatio talis. Nam animi gratia transfretare ad Cluſam, nec animus erat nec gratia; ubi maritimis modis jactari, utroque elemento

mento proclive eſſet periculoſo Marte & Neptuno. Votum hoc erat, ut in tuam fidem res meas traderem. Neque ſpes adeò lubrica, niſi pertinacia Hiſpanorum urbem propugnantium obſcœvaret. Fautor enim mihi Nobiliſſimus Vir N. Præſes jam Conſilij ad Cluſam: mihi olim in itinere Romano Comes & accubuus. Recordatio hoc facit contubernij noſtri; nonnihil concepta illi de me opinio. Quis ſim & quo, liquidum vobis, jam ab incunabulis, cum uno portiſculo literario res noſtræ agerentur. Poſtquam immigravimus in ingenium noſtrum, disjuncti quidem fuimus; ſed corpore non animo, qui præſens in tanto locorum intervallo ſurculum illum amoris non fovit ſed auxit. Coram es in ſacra menſa teſtatus, lauto prandio, ſermone lepido, honore maximo. Quem auro contra habeo, amari à tali, quem amant tales & in ſuà ſecreta civitas N. admiſit. Quo æquius eſt, ne incœpto deſiſtas: & me immunem hactenus ad omnia promtum, promovere pergas: nihil rebus tuis decedat volo; auxiliũ à verbis peto. Parenti tuo, per te commendatum velim, ea nota quâ me noſti: ut ſi dabitur occaſio, mei ſit memor: Ego curriculo ad quietem tendo: bigis hoc effecturus, parente tuo & N. illo. Tertium te addo, cui me præter beneficia,

amore ſentio obligatum: quem jamdudum ſervas, & ut ſerves oro & obſecro. Vale Vir Clariſſime. Zirizeæ XIX. Kal.Sept. ∞.IↃC.IV.

EPISTOLA LXXXI.
JACOBO GRUTERO
fratri.

EN tibi frater, quas dixi literas, ad N. ſilentiarium, illum. Apertas eas, ut diſpicias, an pediculoſi quid (ex caſtris enim ſpeculator prodij) illis obhæreſcat. Si reperias, humanum fateare neceſſe eſt, cum Rege illo. Quanquam nec donum mihi inde opto: hoc tantum, ut ignoſcas. Labi itineranti proclive. At ſemel in me redire eſt animus: & Italiam relinquere, quam jamdiu reliqui. Cæterum lectas obſignabis. Nam mihi imago hic nulla mea. Si qua deerunt, verbis tu appendix eſto, gratia nulla apud me ingrata, vel gratuita. ſcabam mutuo, ſi prurire ſcivero. Vale. VI. Kal. ∞.IↃC.IV.

EPISTOLA LXXXII.
NICOLAO SERVIO

EN tibi, mi Servi, quam ſim ad ſcribendi officium promtus. Dilatum enim ad multum ævum ſalubri uſque otio, nunc viſum protrahere improviſo momento, loco inſoli-

to. In

ro. In navi, inquam, ubi mihi fas inaudita ſupplicatione non Muſas, ſed Nuptunum invocare. Scis quam non ibi quies. Viſum tamen, vel quia aliqui fallam ſedentariam illam vitam, vel quia te ſilentem adducam ad exemplum bonum ex facto non bono. Quanquam hoc ipſum bonum, quod ubique te circumfero, amoris vinculo pectori iſti advinctum. Hæc de me: de re neque ſcribo, & eſt quod conijcias ex ſuperioribus. Valeo: Dijs vialibus alias non invitis, quam prolixo itinere. Vale, & nauteæ hoc mecum bibe. In navi, IV. Kal. Mart. ∞. I Ↄ C. VI.

Epistola LXXXIII.

Jano Murdisono *Scoto.*

CUM conſcientiæ meæ vulnere fuit, mi Murdiſone, quod hactenus ad te non ſcripſi. Cæterum calceum hunc vide, nemo ſcit ubi me premat. Nunc id facio occaſione nimis commoda abiturientis hujus Galli; qui apud vos morari, tibi innotuiſſe ait. Sed & tu mereris, pectoris tui candore iſto vitreo, quem amare juxta inſignem tuam eruditionem cõſuevi. Nam aliorum perverſa ingenia ego non ignoro. Quibus, ſi quid dicto vel facto candi-

mo nihil fractior. Inter hæc Cluſia nobis facta Patulſia; bello inteſtino, hoc eſt, fame. Inediâ enim coactum Hiſpanorum illud agmen, vix vi abigendum. Selecta pubes ad quinque millia, ipſo numero victa. Civitas debilis, urbs fortis, pauci enim incolæ, parca ædificia, mænia aggeribus terreis, aqueis confiugibus invictiſſima. Ita admœnire cunctando, Fabij fuit. Cæterum Arcerius pater, ut cum Anglis loquar, ivit; ſed ad beatos. Tibi ſi vivacitas inde ſperanda favente N. Profeſſio Græcæ linguæ, apta tibi, qui magis *calles quam callus aprugnus*. Salarium ſeptingentorum florenorum in loco ubi vile eſt quicquid emas. Munus honorificum, facile, quietum ad ſtudia. Tu cogita utrum pulveri tuo hæc præferre ſatius ſit. Vale. Zirizeæ, IV. Kal. Septemb. ∞.Iↄc.IV.

EPISTOLA LXXXV.

THOMÆ HERBAIO

Proc. Gen. Friſiæ.

PRofuſio ea mera, non liberalitas, ſi quæ à paupere avaro erogentur, mi Herbaie. in cloacam enim ea proluit; non magis ſatur quam Oceanus levi alicujus fluvij imbre. Quid inquies ad me? qui quidē nec Oceanus ſum, nec tibi avarus. Fateor, ſæpe benevolen-

tiæ

omnem januam rimamur, quoties ſemel feneſtra aperta ad aditum. At importunus es, inquies, non nego: & gratias etiam mihi imputo, quod à pertinacia ſtudiorum pauliſper te ſeducam. Durus ille qui ad præſentiam amicorum non ſiſtat pauliſper laborum & ſtudij. Sed nec proximas ad te meas moramur. Anne ut loquacitatem vitium rere? Alibi liceat: inter amantes certè pro bono eſt quicquid lingua largum. Cæterum variè ſæpè diſtringor, ut nec mihi vacare liceat. Si quid tamen de intentione remittitur, id amicorum curis impertior totum, nam alia in alios officia, ſuo quæque fato funguntur aliquando. Vale & me ama. Zirizeæ, Idib. Novembr. ∞. IↃC. V.

EPISTOLA LXXXVII.

DAVIDI GEMMÆ.

CUM ad Jonam tuum ſcriberem, nefas putavi ſi non una ad te. Conſecranei enim eſtis ſtudiorum. At diſciplinam etiam tu illi debes, qui recturam Muſicæ ab eo meritus O te magni Doctoris magnum diſcipulum! Macte: & faviſſam hanc olim nobis denegatam agnoſce: gaudebis tandem tirocinio iſto rudem acceptam. Nos ſine ſerperaſtro infantes, ivimus teſtudineum illud calloſum iter; ſeves

negat

negati Minervalis pœnas daturi, pedum tortura. Malus enim quiſque ſui fabricator. Quia flagitio perverſæ naturæ recta inſequimur (Gellius lib. 10. cap. 20.) hinc tot illi Marſyæ pauci Apollines. Inter quos tu non rarus: dignus ſanè teſtudine iſtâ & corio. Vale mi Gemma, & quæ ex fama habeo, ne tu ſalſe accipias.

In Epiſtola brevior, ecce addo quod non breve. cantiunculam inquam: pretioſam eam ad meam Muſicam, vilem ad tuam. Tu ita accipe, ut parva Imperatores: qui affectu munera metiri ſolent. Si placebit, debito te obſtringit. Si diſplicebit, tum tu me viciſſim ure ſeciori & tuo cenſu numiſmate. Ecquid callidus ſum captator? Iterum vale.

EPISTOLA LXXXVIII.

CORNELIO JANI.

EN tibi debitum meum, mi Corneli, cum fide etſi cũ mora. Semper enim tuus ſum, ex quo ſemel illam operam apud vos navavi, & tu meus; ſive ſileo ſive tandem perpetuum ſilebo. De Theatro extra ſpem eſto: breviter dicam, non veniet. Culpa penes Gritum, qui venire noluit. Solitudinem enim cauſatur (Eccleſiaſten enim agit) quam iſto tibicinij genere oblectari ait: addit fratrem eſſe in re-

ditu ex Gallijs; quem partiarium hic fatetur. Tu excuſa. Ego ſanè omnia pro te volo, exequor quantum poſſum. Nec quiſquam magis ex amore id fecerit, quã ego. Candide loquor: hæc natura mea, hic mos. Quorum neutrum ſuadet jugum trahere ſervilitatis coactæ. Si quid porrò, me tua cauſſa poſſe putabis, cum voles, imperabis. Diligentia, & fide nemini tuorum conceſſero. Vale & me ama. Zirizeæ, IV. Kal. Septemb. ∞. Iↄc. IV.

Epistola LXXXIX.

Davidi Gemmæ.

ITerum te alloquor, mi Gemma, ſed breviter: illud amor noſter jubet, hoc occupationes meæ. Diſtinemur enim nunc quàm prius, gnavius: aliorum magis negotijs, quàm meis. Et pœne detinemur, niſi noſter ille vetet, qui diſcapedinari nequit, amor. Fortis ille quidem ex ſolido adamante, & inſepelibilis: quemque diſſolvere mors fortaſſe poſſit, ſed ſine morte, nam ætati meæ ſuperſtes, tuus futurus cum egomet nullus. Nec fallo; tam enim à mendacio amor meus, quàm cum neceſſario hæc brevitas. Vale & viciſſatim me ama. Zirizeæ, I. Kal. Maij ∞. Iↄc. V.

Digitized by Google

EPISTOLA XC.

THOMÆ HERBAIO

P. G. P.

DE fidibus ut dixiſti, mi Herbaie, ita profectò eſt. Inaniæ ubique & araneæ, in arcis: & quod mireris ne una quidem MALA FIDES reliqua. Vix oculis credidi cum viderem. Et ſanè Æolum deteſtabar, quod Batavo Apollini tamdiu adverſum flando obſcævarit, repperi tamen, ut vides: & à caſu eſt quod repperi, Roterodami enim aliud agens, incidi in quendam, qui pro merce eas habebat. Et cum ſpecie eſſent laudabiles, adij illi manum: emi quo volebas pretio, miſi quâ licuit celeritate, tu excuſa, utere, vale. Zirizeæ, VI. Kalend. Jul. ∞. IↃC. VIII.

EPISTOLA XCI.

NICOLAO GRITO.

DE vitæ genere quod volens elegiſti, mi Grite, ex animo tibi gratulor: & dicam grator, ne imminutum hoc ſit, quod animo mihi magnum. Leidæ enim es, in literaturæ foro: ubi diteſcere liceat alma ea merce, quæ rem ſimul & ſplendorem conciliat. At Muſis fac lites & Apollini: qui minus ſereni initio à conſtantia tua radios ſument, & in te refundent uberrimè. Arduum hoc limen mon-

montis, ſuperabis tenore gradus & fido itineris comite. Ut enim in foro non proinde quicum merceris, ita hic. Curvæ pleræque mentes; & eruditione fortaſſis clari, candore & rectitudine illa animi deſtituuntur. Inter ſtudioſos ingenioſos ſequere & ingenuos: & quibus ſecretum tuto vel jocum credas. Niſi feceris, ſerius feceris cum caudam trahes. Alius verbulum in te derivabit, nimis vel minus Latinum. Alius mores ridebit, vel ſandalium carpet: & utut prudens, eris tamen in quem calo aliquis minget. Selectio ergo ſit & delectus. Probis adhære ſed probe. Jactantiam cave; & illam quâ infecti pœne omnes trivialiſtæ philautiam. Simul Academiam viderunt, Academici videri volunt. Moribus Catones, eruditione Ariſtoteles præ ſe ferunt. Et perveniſſe putant cum venerint; & limen tantum ſalutarint. Hic tempera: & in ſermone raro alios, nunquam te ipſum judica. Laudes tamen volo etiam non laudanda, ſenſu interiori liber. In colloquiis fuge phraſium jactantiam. Pure loquere & Latine: ut exprimas ſenſa mentis magis quam exornes. Oſtentatio enim mera, & ridicula attemperare in unam velut maſſam undique conquiſitam antiquitatem. Quorſum enim? & fere minores omnes hoc vitioſi ſunt, ut pulchri videan-

tur ſi verbulum alibi eruerint, aliis inauditum. Inter quos & me fuiſſe ſcio. Sed repreſſit maturioris ævi judicium; & magiſter uſus, quo ſæpe vel cum pudore inanias iſtas ſpernere didici. Tu ſequere, & vel nunquam Latine loquere, vel Latine. Illud potius: in quo morem tibi pono Academiæ veſtræ. Nec plura addo dictis. Monere enim tantum volui non docere; & de re non levi indicium facere amico integerrimo. Quam ſi me amas, imo ſi teipſum, ob oculos tibi pone. Vale Franequeræ, III. Kal. Januar. ∞. Ioc. VI.

EPISTOLA XCII.

JACOBO MIGRODIO.

PLus ſemper tribuo publicis quam officiis privatis, mi Migrodi. Cum enim rediret ad vos Laurentius veſter, nefas putavi, ut ſine meis literis. Hoc vetabat ſtudiorum vocatio mea, ſed expreſſit virtus & eruditio tua: qua aſcitus inter Rectores Middelburgenſes ſatagis probitatis & induſtriæ. Mira enim tua in docendo ſubtilitas, in moderando æquanimitas. Quæ prudenter cum diſcipulorum bono conjungis. Et amaris ſat ſcio ab illis, ſi ex æquo rem penſent. A me quidem preſſè, qui eruditionem tuam propter ſociam virtutem admirari

rari ſoleo. Eo enim es mentis candore, ut virtutes amicorum vitiis eorum prætendas: & nil latere alios ſinas, quod te non lateat. Hinc honorifica tua de me ubique mentio; & ut in quemque incidas laus & præconium. Non me fallunt aliorum judicia: Ego tam ſcio amare poſſe Migrodium, quam amari. Quare debeo tibi, debeo: & ætas aliquando aperiet, quæ nunc latet. Ideo dico, quod pares faciendo impares ſimus, remunerandi vices ſucceſſu temporis nacturi. Quod vovemus & ſperamus. Interim perge regia hac virtutis viâ, hoc eſt munitatis in immunem. Certus in accipiendis me non magis quam dandis promtum: vires modo adſint. Vale & pro arrabone hoc tibi cape. Lugduni Batavorum I V. Kalend. Jul. ∞. Ioc. v.

Epistola XCIII. Nicolao Servio.

EN tibi, mi Servi, duplicem hanc ſcriptionem: illam ante dies aliquot tibi deditam, nec impedito itinere datam: hanc occaſioni tantum debitam. De re enim ſupervacua eſt; & nata per curſum hunc liberioris otii. Cui te ideo veniam dare æquum eſt. Laudes inquam, vel ob officii ſedulitatem, quâ ſe probare conatur. Nam prior adeo nec ſummopere

ſcripta frontem perfricuit, & loci importunitate producta. Tu vide & ride: utraque ſane hoc volui. De ſtatu meo? Sic ſum, ut mutaturi ſedem. Vialibus litamus, Neptuno porricimus. Videmurquè utroque numine, Muſas meas ſolitas reviſuri. Nam de abitu in Italiam, infauſtum. Vale mi Servi & me ama. Lugd. Bat. IV. Kalend. Januar. ∞. Iↄc. IV.

EPISTOLA XCIV.

DAVIDI GEMMÆ.

SEræ tuæ ad nos literæ, mi Gemma, ſed ſeriæ. Placaſti. in dono etiam prolixitas. Hem ad tutelarem prætorem ibimus? Sed extra jocum, ego in affectu tuo acquieſco. Cantionis autorem agnoſco. Cur autem non tui aliquid operis ad nos mittis? Si bene te novi, practicabilis es. Nos inter ruſticos ruſtice, grata tamen quibuſdam mea ſomnia, ut cui aliorum vigiliæ. Noſti plagium: ut enim fures notas rerum tollunt, ita nos cantionum. Mutamus genus, traducimus: & uni velut ſtirpi varios ſurculos indimus. Si quid ſonorum magis excidit, à caſu eſt: tanquam pictori iſti equi ſpuma. Exemplum habes. Vale,

Franequeræ, V. Kal. Sept. ∞.

Iↄc. VI.

EPISTOLA XCV.
THOMÆ HERBAIO,
Proc.Gen.Friſiæ.

EN tibi & hunc ex corte mea anſerem (cantiunculam intelligo) quem nuper dum cenſum ago, reliquis præpinguere credidi. Donum inquies leve, anſerem. Fateor, mi Herbaie, ſed veſtris encœniis non indignum. Ibi ſtridulum aliquod quæras: & quod ventrem ſimul & aures impleat. Nam olores veſtros nil moramur. Vale & me ama. Franequeræ, VI. Februar. ∞.Iↄc.VI.

EPISTOLA XCVI.
GUILIELMO CARRIONIO.

NOn libenter ſum in otio, mi Carrioni, præſertim ubi fallere id licet, non inutili negotio. Ut nunc dum Amſterodamum mihi curſus: vel lego aliquid vel alternis ſcribo. Eſt etiam ubi pſallam muſica. Denique aliqui ſemper volvo & revolvo ſedentariam illam vitam. Quæ occaſio, ut ex ſupervacuo, ſed meo debito non indebito ſtudio, hæc ad te ſcriberem, vel potius hoc ipſum ſcriberem, quod ſcriberem. Vale & judicium culpa, amor certe in te meus magnus. In Navi, IV. Kal. Mart. ∞. Iↄc. V.

EPISTOLA XCVII.

DAVIDI GEMMÆ.

VAlde tu quidem, mi Gemma, in ſcribendo es tergiverſator. Vix enim ad binas meas reſpondes. Et illud ipſum reſponſum mihi defraudas. Ain tu hoc officio judicium interpoſuiſſe? Ego negligentiam tuam interpretor, qui mittendi occaſiones non inquiras: vel ſuſpicaciam tuam judico qui de animo meo peſſime perputes. Quid ſi etiam contemtum? Nam hoc iſtis fere conſectarium. Sed quid excuſes audio. Audi tu quoque; non me movet. Ego amare tecum poſſum & volo; non diſputare. Et ſi ſcias quantum debeatur provocanti juſta juſte, honeſta honeſte, debita debite, nunquam diceres, ne $\mu\upsilon$ quidem. Sed bene de reliquo ſperare incipio cui tu tam per initia fautor. Mali enim ominis in principio lapſus. Vale ſi pertendis. Lugd. Bat. III. Kal. Septemb. ∞. Ioc. IV.

EPISTOLA XCVIII.

ANTONIO VIVES.

MErito ad te ſcribo, mi Vives, qua tuo qua meo merititiſſimo. Seu enim amorem ſpecto; dignus es coli, qui colere nunquam deſtitiſti: ſeu beneficia; beneficio benefacere hoſtimen-

ſtimentum eſt, nec gratia interit. Heu vires mihi! ſcires profecto non tam me amare poſſe quam benefacere velle, At curta nobis ſupellex: ſed & locorum & temporũ calamitas peſſima ſæpe amantibus ſcæva: multæ viæ nos ſejungunt: & hoc ſi ferendum, illi tamen qui ferunt, minime. In noſtras ſeſe inlatebrant: & quo deſtinabas, deſtituunt: & aut tarde eunt aut pereunt. Nebulones! tollitis ex vita vitæ ſocietatem. Sortem ergo hanc mecum fer? & brevitatem nunc, alias ſilentium excuſa. Vale mi Vives, Lugduni Bat. ꝏ. Iↄc. iv.

Epiſtola XCIX.

Jano Murdisono.

QUod ægris affuſa frigida, hoc mihi tua ſcriptio. Recreavit enim me, jamdiu à diſceſſu meo languidum; & deſiderare facit, amoris nectare ita plenos. O diem lepidum qui nos ex intervallo conjunget! ſed vovere id magis quam ſperare licet: ita res meas ſtare video, & ſuadere eos qui imperare poſſunt. Nam rationes puto noſti. Adeo ſemper aliquid mali propter vicinum malum. Sed ut hoc ita ſit; niltamen vetabit quo minus levi cogitationis ala ad vos transvolem: & conjungamur identidẽ lino & cerâ. Ita Aius Locutio

ſaxit & faveat. Studia noſtra pro anni tempore frigent: & ſunt quod dicitur, *Equi ſenium.* Suſtentamus tamen generosè, partim talibus monitorum auxiliis elevati, partim eruditionis dulcedine illecti, nec exempla ambitioſi contemnimus. Eſt privatim in fratribus quod imiter, eſt publice quod in aliis, ſine tamen invidiâ. Quia & ſtudiorum ſerus facile anteceſſorem fero: & in æquali ſic virtutes contemplor, ut meas. Vinci autem aliquando eruditione, nunquam diligentia pulchrum judico. At tranſultorii vos quidem eſtis Middelburgenſes, nuper de reformato lectionum ordine, nunc de mutato œconomo, at preſſius memineris cauſam narrare tantæ Metamorphoſis. Vale Vir Clariſſime. Salutant te pater & frater; qui te amare aiunt propter theſes ad ſe miſſas. Vale & me ama. Zirizeæ VII. Kal. Maii, ∞.Iↄc.VIII.

EPISTOLA C.

SIXTO ARCERIO
D.M.& Græcæ linguæ Prof.

VT jucunda fuit apud vos vitæ communicatio, ita recordatio communicationis non inamœna, mi Arceri. Sæpe vobis adſum, ſæpe

ſæpe colloquor: & tam multis intervallis ſejuncti conjungimur identidem animo & affectu. Utinam ſimus affiniores! Oſtendam ſubinde beneficentiæ gratiam, etiam corporis hujus tranſitu, ſed aliter Dis viſum: quibus tamen hoc debemus quod ſine periculo & metu iter hoc ſcriptionis iterare liceat. Scribamus ergo, mi Arceri, & quod ille dicebat, gaudeamus hoc gaudium unicum diſiunctionis noſtræ ſolatium. De reliquo? peregre domeſtici ſumus, domi peregrinamur. Profectio tamen in ver differtur, hic hiberna habituris. De Italia cogitatio eadem: fatum aut vim excipio, illam videbo, inſidebo. Interim chartis me meis involvam; & oblectabor tacitis Muſis, felix cui cœlitus hoc datum. At de N. avidi ſumus Zelandi communis annonæ cauſſa. Eſtne ut reliqui caritate? Nam frumentatores illos miramur qui forum mutare tot ſtomachorum offenſis nolunt. Et magis ridemus emtores; qui rempublicam perire, ne pereat frumentum, volunt. O Platonicum imperium! Tu uterit ſcitu quodq; dignum ad nos perſcribas. Mittendi viam ex patre tuo cognoſces. De meis reliqua ex Aulætio ſcies; cui à patre factum indicium. Vale & me ama. Zirizeæ, IV. Kal. Maii

ↀ. IↃ. XCV.

EPISTOLA CI.

JANO MURDISONO.

NUnquam ex intervallo domum revertor, quin non una ad te, Doctiſſime Murdiſone. Cogitatione enim ſubinde tranſvolo; & ſpaciis ſejuncti conjungimur animo & affectu. Utinam loco ſimus affiniores! & benevolus ſim etiam corporis hujus tranſitu. Sed ratum ſit quicquid volunt Dii: & magis rationes quas temerarius quis impune non ſpernat. Cætera valemus: ſed & Muſæ noſtræ; quibus pro occaſione ſedes mutavimus, hic hiberna habituris. De Italia vero cogitatio eadem: fatum aut vim ex cipio, illam vere primo videbo, inſidebo. Sed eſt quod ſcire velimus ex N. de annona Italiæ. Nam alii in inconſtantia ſententiæ, valde conſtantes: ut hoc unicum ſcire poſſis, ne ſcire ipſos. Velim diſtinctius rogetur quantum inſumere poſſis, qui modeſte vivat, de præſenti loquor. Nam de præteritis, raro in iſtis judicium fit, propter rerum vices. Si quid etiam de tuo habes, non dedignare excutere; & ad nos perſcribere. Valde enim hic hæremus: magis certe quam propter viarum pericula. Quæ tamen ipſa mala, vitari poſſunt cautione quadam circumſpecta. Non item illa: & quieſcere ubiq;

liceat

liceat nullubi non vivere. Addes etiam aliquid de Doctoratu: quibus & quomodo iſthic fiat; & quæ argumenti ſunt hujus. Feceris rem gratam: & non tantum obligaveris me tibi, ſed etiam mancipio tuum feceris. Vale. Vir. Clar. Zirizeæ, I. Kal. Jun. ∞. Iↄ. xcvi.

Epistola CII.

Sixto Arcerio

D.M. & Græcæ linguæ Prof.

Reſponſum tuum expectabam, mi Arceri, & tamen ecce ſcribo. Cauſſa penes me eſt, quem occaſio in iſta loci vicinitate ad officium trahit. Nam etſi inter nos eant terræ non paullæ, quantulæ tamen, ſi conferantur cum longinquis Italiæ locis? Et peragranda ea mihi cum maxima corporum noſtrum diſiunctione. Utinam non & officii interruptione! nam de animo certo ſcito, nec termino nec termine alienari eum poſſe ut te abijciat. Cui rei ſacramentum tibi mitto has literas; teſtes quamdiu in patriis hiſce locis, officii cum ſignificatione perſeverantis; quamdiu in exteris, animi in amore ſatagentis. De tuo ingenio eadem me certitudo tenet: & ſpondeo, ut in artem, ita in unum nos conſpirare affectum. Oſtendiſti id non uno ſigno: judicii in ſuſcipiendo, conſtantiæ in foven-

do

do amore. Quo te æquius eſt fidei litantem, nomen tuum memoriæ conſecrare & perennitati: cujus tu templum hic adjunctum habes. Chartis illud quidem candidis exſtructum & convolvulo tenui: ſed quale amorem noſtrum decet, purum & ſimplex. Sine apparatu extrinſeco quadratum, uti ſignet lenocinia iſta & verborum mellinias ſerium & robuſtum amorem averſari. Denique nec fibula nec clauſtro munitum; ut quemcunque virtus & eruditio probat, fide janitore recipiat. Nomenclatorem tamen addidi ut vides, eorum ſcilicet, quos amor mihi uſu dictavit. Reliquis Arcerius eſto. Niſi ſi quem non de plebe noſti, addes: & nomen tuum cum illorum auctum ibis. In reliquis fave; & Theſaurum hunc vel per te vel per alium congeſtum ad nos mitte, ne non in omnibus tibi debere fateamur. Vale Zirizeæ ∞.Iↄ.xↄvii.

Epistola CIII.

ALARDO AULETIO:
Profeſſori Medico.

CUm ad Arcerium tuum ſcriberem, nefas putavi ſi non una ad te, ſive enim ſtudiorum eſt ratio, volo tibi ut præceptori; ſine beneficiorum, debeo ut parenti. nec de honoris anti-

anticipatione laborabis. Veneratione enim factum, ut externo officio præceptor diſcipulum ſequereris, interno poſt Deum etiam vita mihi prior. Et de mora quid excuſem? cum de conſtantia nunquam pericliterur judicii ſtilo ſemel impreſſus amor. qualis noſter internus; ideoque ab externis fortunarum procellis tutior. Diſiungimur quidem, fateor; ſed loco non affectu. Et quantulus ille? ſi conferatur cum maximo cogitationum diſcurſu quo orbem pervagamur. Terras ergo ſi erravero & martiales tractus, hærebis mihi individuo mentis contubernio coanimis. nec avelli fas vi vel injuria quin fato exoluar & debito naturæ munere. de oblivionis quidem ſitu laxior mihi cura: quem ventilabro ſcripti à vobis teſtimonij ſubinde excutiam. ſi ne hoc quidem ſuperat, erit quod albo adſcribam. in quo nomen tuum, ſi dignaberis, memoriæ & perennitati conſecrabis. Vale Vir Clariſſime & præceptor venerande. Zirizeæ ∞.Iↄ.XCVII.

EPISTOLA CIV.

THOMÆ GRUTERO *Patri.*

EGo vero ad literas veſtras, & reſpondi ſeriò; & mature miſi Amſterodamenſi via. utinam fida manu! dubitamus enim de profectu,

fectu, ut ſunt hæc tempora, & tuæ poſtremæ literæ. Hæ notam faciunt indiligentis abſentiæ. iſtæ ſpem interitus literarum. Nam quid aliud ſperem itinere tam longinquo, hominibus plerunque tam ignotis? cum etiam à notiſſimo quoque, intervallo utut exiguo in hanc partem peccetur. Perfidia hæc eſt Tabellionum & ignavia utraque peſtis & remeligo, iis qui quod agunt celeriter agunt. mihi ſat eſt mors; cui inſitum à natura calere, & præproperare. noſti gruteritatem. quid? quod in minuta ſe extendit hic calor. Certe in magnis eſt: quorum adeo nefas quicquam prætereire, ut occaſionis omnes articulos obſervem. Quod eo ſcribo, ne meæ negligentiæ tribuas, ſi vel non accipis litteras meas vel tarde. ego vel cum noxa malo defungi officio quam dare incurioſæ negligentiæ aſylum. Vale & excuſa quandoque ſilentium. Franequeræ ∞. IↃ.ICVI.

EPISTOLA CV.

JANO MURDISONO.

Diu eſt quod reſponſum tuum expecto, & occupationibus tuis do, quod fruſtra. diſtineri enim te ſcio onerario perpeti, pulvere ſcholaſtico ſemel obrutum: atque inter tot negotia privata vix eſſe ullum officiis publicis

vacuum.

vacuum. quare & excuſo libenter: & ne quid porro mea cauſa tuis commodis decedat, oro & obteſtor. nam de animo interim ſpondeo, non eſſe qui affectu in me magis promtus: ſive loquaris ſive taceas, donec tandem perpetuum tacebis. Sed ecqui I vobis magnifici videmur N? de ſchola inquam, cui N. Rectorem noſtri datum. ſic decet; quicquid vulgus hic dicet; & viros pietate juxta & eruditione inſignes praeeſſe juventuti. nam N. pondus nec eſt nec facit ſatis Ædilibus noſtris. fortaſſis N. fervore magis delectati ad frigidam hanc juventutem. Sed de conſilio ego amplio, ut & de ſucceſſu: quem ſæpe hominibus Dij inſperatum objiciunt. hactenus tamen bona ſaturnalia. N. enim ſtipendio & alumnis auctior; addo & labore. quem ſi vir eſt, triennium hoc ex fide cum bono paſtore conjungat. Cæterum quantæ turbæ ante menſem Franequeræ! Earum cauſſas initia & progreſſus, ut quæque erant, viſum ad vos mittere. nam etſi de eventu aliquid audiſſe vos arbitrabar, tamen rumore diſtrahi & delatore ſæpe falſo à veritate aberrare. Annon enim ſeculum quo velint, intervallum quo poſſint mentiri? nec mirum cum de proximo etiam & domeſticatim eant fallaces iſtæ voces. Quibus ut vos eripiam, hiſtoriam hanc mit-

mitto : in qua tanquam veritate conquieſcatis. Ea enim fide ſingula aſſecutus videor, ut quo quæque facta modo, ipſo momento enotarem. quare hiulca quædam reperies, quædam inchoata,& in verbis ſtilum quoque momentaneum. quæ non excuſo, modo officium meum tibi probem. Sed cur ſerius hæc ad nos mittis ? unica eſt cauſa, quod cum delatore diſpicerem, literæ ad me venerint de relinquenda Friſia. Dij boni quanta cum gratia! convaſavi ſtatim eveſtigio, ut me turbis illis ſubtraherem. ibi inter reliquam ſuppellectilem iſta promiſcui, ut in hanc uſque horam delituerint. ergo ut ſeſe offerunt, mitto : nihil addens dictis vel datis, quam quod turbis iſtis ſegregus & teſtimonio illuſtri à ſenatu Academico dimiſſus,domum redii. Vale Vir Clariſſime & hoc ipſum teſtimonium cum amicorum albo (in quod nomen tuum addes) alias propediem expecta. Vale Vir Clariſſime Lugduni Batavorum. anno ∞.Iↄ. XCVII.

EPISTOLA CVI.

REGNERO GRUTERO *Fratri.*

GRatæ mihi tuæ literæ, mi Grutere, hoc habuerunt acerbi, quod me ſilentii accu-

ſant.

ſant. egone te contemnam aut indiligenter habeam? Deus & mens mihi teſtis, quam omnia pro te velim, & mori poſſim pro tuo ſtatu. lubens & meritò: quia & propter veterem tuum in me amorem debeo, & propter nuperum inter nos pactum etiam cogor. ſi & ratio beneficiorum ſit, nihil eſt cur ſubterfugiam me impendere in commodum tuum. Tamen ſilui fateor: ſed ſine tua noxa. Quid enim intererat, certior fieres ne per me an per Hagium? illud fortaſſis quod per hunc plenius. quid? quod & planius. nam literis adeo omnia concludi non poſſunt, ut etiam excludi ſubinde neceſſe ſit. quæ mea eſt ariditas. Egone diſerte quid aut exſerte? vix ſentire datum, nedum exprimere. quæ cauſa eſt, ut ſiluerim nactus qui nunciaret. peccavi autem? fateor, ſed ſine peccato: & mendam hanc facile emendavero ita peccando. Vale & me ama Lugd. Bat. ∞. IↃ. XCV.

EPISTOLA CVII.

GVILIELMO van DYCKE
Secretario.

MEnippæam nuper ad te miſi, mi Dycki; & quia ipſa ſatis dicacula, ego muſſitavi. volui tamen largiter, niſi tabellionis abitus

antevertiſſet. nunc autem ſcribo, quia & debeo, vel ob amorem quem ſine parario tam prudenter concepiſti tam conſtanter foves, vel ob rem ad quam mihi te interprete pæne ſolo aditus ſtratus. Adderem & judice; niſi ſilentiarij tuum munus eſſet, & te à lite tanquam luto fugientem Parthum noſſem. Illud tamen ad tuum tribunal fero; quod cenſoria tua virga cautelæ aliis fuerit, qui exleges cætera & ipſo erga me affectu vix jus ſervabant. Quam enim non illis proveteri fide Petrus! tum petendi etiam modo ipſa etymologia culpanda. Sed eſto, idem ego ver ſentio, quin & gaudeo Caſtores hanc fabulam agere. Tu vero in proſcenio mi Dycki: & abſque te foret, vix plauſum actor habeam. Ergo ut cæpiſti leges theatrales fer; & à nobis hoc unum gratias. Ecquid ſplendide? Monogrammus ſum, & vel verborum parcus promus. In animo tamen ſandi horrea, quibus admetiri vel Cræſo queam. hinc feras quicquid voles, habiturus etiam quod non voles. Fallor? an grata tibi illa poſt tot noſtras N. Satyra? Magis appoſitum ad rem don4 mittere nequivi. Ab ovo enim ad malum, litigium fuit. Tam ſalebroſam ergo viam calumnia ipſa tanquam columna claudat. An non ea talis? alius judicium ferat; ego ſcio par pari referri.

Atq;

Atque, ut ille ait, ſi hic in bello ille in culinâ Imperator cluit. Vale mi Dycki, vel in negotio noſtro. Middelb. iv. Kalend. Februar. anno ∞. Ioc. ix.

Epistola CVIII.
Antonio VValeo

Varro alibi, *non eſt* inquit *penula quærenda homini qui habet virtutem.* ſcite, & ævo iſti avo & caneſcenti non inconveniens. At noſtrum hoc vèſticeps & nuperum ſi videas, aridas artes dixeris, & philoſophiam niſi fumoſophiam. Sine tendiculis verborum audi; nemo hodie triumphum ex Muſæo canit, aut caput vnctiuſculum inde aufert. Vis exempla? quod obvium ne quæras; & ſi quæris tum tu horrea *profer.* Nam trivialia iſta vix meſſem hanc capiant. fateor multos à literis, in rerum & honorum eſſe faſtigio; ſed hoc quoque fateor, non per hanc ſcalam ut ita dicam alphabeticam. Alia manu ſublimati: & vel clamoſo circo patroni, aut tinnientis iſtius luti delinimento. Atque en etiam huic verbo ſatellitem Lipſium, *filios* inquit *ſi habeam literulas me autore non diſcant.* Nunc quorſus tendam hoc comitatu, paucis accipe. Comitia calata apud vos fore & de ſumma curiam ipſo hoc momento percepi. Calata

ſaxit & faveat. Studia noſtra pro anni tempore frigent: & ſunt quod dicitur, *Equi ſenium.* Suſtentamus tamen generosè, partim talibus monitorum auxiliis elevati, partim eruditionis dulcedine illecti, nec exempla ambitioſi contemnimus. Eſt privatim in fratribus quod imiter, eſt publice quod in aliis, ſine tamen invidiâ. Quia & ſtudiorum ſerus facile anteceſſorem fero: & in æquali ſic virtutes contemplor, ut meas. Vinci autem aliquando eruditione, nunquam diligentia pulchrum judico. At tranſultorii vos quidem eſtis Middelburgenſes, nuper de reformato lectionum ordine, nunc de mutato œconomo, at preſſius memineris cauſam narrare tantæ Metamorphoſis. Vale Vir Clariſſime. Salutant te pater & frater; qui te amare aiunt propter theſes ad ſe miſſas. Vale & me ama. Zirizeæ VII. Kal. Maii, ∞. Iↄc. VIII.

EPISTOLA C.

SIXTO ARCERIO
D.M. & Græcæ linguæ Prof.

VT jucunda fuit apud vos vitæ communicatio, ita recordatio communicationis non inamœna, mi Arceri. Sæpe vobis adſum, ſæpe

ſæpe colloquor: & tam multis intervallis ſejuncti conjungimur identidem animo & affectu. Utinam ſimus affiniores! Oſtendam ſubinde beneficentiæ gratiam, etiam corporis hujus tranſitu, ſed aliter Dis viſum: quibus tamen hoc debemus quod ſine periculo & metu iter hoc ſcriptionis iterare liceat. Scribamus ergo, mi Arceri, & quod ille dicebat, gaudeamus hoc gaudium unicum diſiunctionis noſtræ ſolatium. De reliquo? peregre domeſtici ſumus, domi peregrinamur. Profectio tamen in ver differtur, hic hiberna habituris. De Italia cogitatio eadem: fatum aut vim excipio, illam videbo, inſidebo. Interim chartis me meis involvam; & oblectabor tacitis Muſis, felix cui cœlitus hoc datum. At de N. avidi ſumus Zelandi communis annonæ cauſſa. Eſtne ut reliqui caritate? Nam frumentatores illos miramur qui forum mutare tot ſtomachorum offenſis nolunt. Et magis ridemus emtores; qui rempublicam perire, ne pereat frumentum, volunt. O Platonicum imperium! Tu ut erit ſcitu quodq; dignum ad nos perſcribas. Mittendi viam ex patre tuo cognoſces. De meis reliqua ex Aulætio ſcies; cui à patre factum indicium. Vale & me ama. Zirizeæ, IV. Kal. Maii ∞. Iↄ. XCV.

EPISTOLA CI.

JANO MURDISONO.

NUnquam ex intervallo domum revertor, quin non una ad te, Doctiſſime Murdiſone. Cogitatione enim ſubinde tranſvolo; & ſpatiis ſejuncti conjungimur animo & affectu. Utinam loco ſimus affiniores! & benevolus ſim etiam corporis hujus tranſitu. Sed ratum ſit quicquid volunt Dii: & magis rationes quas temerarius quis impune non ſpernat. Cætera valemus: ſed & Muſæ noſtræ; quibus pro occaſione ſedes mutavimus, hic hiberna habituris. De Italia vero cogitatio eadem: fatum aut vim excipio, illam vere primo videbo, inſidebo. Sed eſt quod ſcire velimus ex N. de annona Italiæ. Nam alii in inconſtantia ſententiæ, valde conſtantes: ut hoc unicum ſcire poſſis, ne ſcire ipſos. Velim diſtinctius rogetur quantum inſumere poſſis, qui modeſte vivat, de præſenti loquor. Nam de præteritis, raro in iſtis judicium fit, propter rerum vices. Si quid etiam de tuo habes, non dedignare excutere; & ad nos perſcribere. Valde enim hic hæremus; magis certe quam propter viarum pericula. Quæ tamen ipſa mala, vitari poſſunt cautione quadam circumſpecta. Non item illa: & quieſcere ubiq; liceat

liceat nullubi non vivere. Addes etiam aliquid de Doctoratu: quibus & quomodo iſthic fiat; & quæ argumenti ſunt hujus. Feceris rem gratam: & non tantum obligaveris me tibi, ſed etiam mancipio tuum feceris. Vale. Vir. Clar. Zirizeæ, I. Kal. Jun. ∞. Iↄ. xcvi.

Epistola CII.

Sixto Arcerio

D.M. & Græcæ linguæ Prof.

Reſponſum tuum expectabam, mi Arceri, & tamen ecce ſcribo. Cauſſa penes me eſt, quem occaſio in iſta loci vicinitate ad officium trahit. Nam etſi inter nos eant terræ non paullæ, quantulæ tamen, ſi conferantur cum longinquis Italiæ locis? Et peragranda ea mihi cum maxima corporum noſtrum diſiunctione. Utinam non & officii interruptione! nam de animo certo ſcito, nec termino nec termine alienari eum poſſe ut te abijciat. Cui rei ſacramentum tibi mitto has literas; teſtes quamdiu in patriis hiſce locis, officii cum ſignificatione perſeverantis; quamdiu in exteris, animi in amore ſatagentis. De tuo ingenio eadem me certitudo tenet: & ſpondeo, ut in artem, ita in unum nos conſpirare affectum. Oſtendiſti id non uno ſigno: judicii in ſuſcipiendo, conſtantiæ in foven-

do

do amore. Quo te æquius eſt fidei litantem, nomen tuum memoriæ conſecrare & perennitati: cujus tu templum hic adjunctum habes. Chartis illud quidem candidis exſtructum & convolvulo tenui: ſed quale amorem noſtrum decet, purum & ſimplex. Sine apparatu extrinſeco quadratum, uti ſignet lenocinia iſta & verborum mellinias ſerium & robuſtum amorem averſari. Denique nec fibula nec clauſtro munitum; ut quemcunque virtus & eruditio probat, fide janitore recipiat. Nomenclatorem tamen addidi ut vides, eorum ſcilicet, quos amor mihi uſu dictavit. Reliquis Arcerius eſto. Niſi ſi quem non de plebe noſti, addes: & nomen tuum cum illorum auctum ibis. In reliquis fave; & Theſaurum hunc vel per te vel per alium congeſtum ad nos mitte, ne non in omnibus tibi debere fateamur. Vale Zirizeæ ∝.Iↄ.xↄvii.

Epistola CIII.

ALARDO AULETIO:
Profeſſori Medico.

CUm ad Arcerium tuum ſcriberem, nefas putavi ſi non una ad te, ſive enim ſtudiorum eſt ratio, volo tibi ut præceptori; ſive beneficiorum, debeo ut parenti. nec de honoris anti-

anticipatioue laborabis. Veneratione enim factum, ut externo officio præceptor diſcipulum ſequereris, interno poſt Deum etiam vita mihi prior. Et de mora quid excuſem? cum de conſtantia nunquam periclitetur judicii ſtilo ſemel impreſſus amor. qualis noſter internus; ideoque ab externis fortunarum procellis tutior. Diſiungimur quidem, fateor; ſed loco non affectu. Et quantulus ille? ſi conferatur cum maximo cogitationum diſcurſu quo orbem pervagamur. Terras ergo ſi erravero & martiales tractus, hærebis mihi individuo mentis contubernio coanimis. nec avelli fas vi vel injuria quin fato exoluar & debito naturæ munere. de oblivionis quidem ſitu laxior mihi cura: quem ventilabro ſcripti à vobis teſtimonij ſubinde excutiam. ſi ne hoc quidem ſuperat, erit quod albo adſcribam. in quo nomen tuum, ſi dignaberis, memoriæ & perennitati conſecrabis. Vale Vir Clariſſime & præceptor venerande. Zirizeæ ∞.IↃ.XCVII.

EPISTOLA CIV.

THOMÆ GRUTERO *Patri.*

EGo vero ad literas veſtras, & reſpondi ſeriò; & mature miſi Amſterodamenſi via. utinam fida manu! dubitamus enim de profectu,

fectu, ut ſunt hæc tempora, & tuæ poſtremæ literæ. Hæ notam faciunt indiligentis abſentiæ: iſtæ ſpem interitus literarum. Nam quid aliud ſperem itinere tam longinquo, hominibus plerunque tam ignotis? cum etiam à notiſſimo quoque, intervallo utut exiguo in hāc partem peccetur. Perfidia hæc eſt Tabellionum & ignavia utraque peſtis & remeligo, iis qui quod agunt celeriter agunt. mihi ſane mors; cui inſitum à natura calere, & præproperare. noſti gruteritatem. quid? quod in minuta ſe extendit hic calor. Certe in magnis eſt: quorum adeo nefas quicquam præterire, ut occaſionis omnes articulos obſervem. Quod eo ſcribo, ne meæ negligentiæ tribuas, ſi vel non accipis litteras meas vel tarde. ego vel cum noxa malo defungi officio, quam dare incurioſæ negligentiæ aſylum. Vale & excuſa quandoque ſilentium. Franequeræ ∞. IↃ.ICVI.

EPISTOLA CV.

JANO MURDISONO.

Diu eſt quod reſponſum tuum expecto, & occupationibus tuis do, quod fruſtra. diſtineri enim te ſcio onerario perpeti, pulvere ſcholaſtico ſemel obrutum: atque inter tot negotia privata vix eſſe ullum officiis publicis vacuum.

vacuum. quare & excuſo libenter: & ne quid porro mea cauſa tuis commodis decedat, oro & obteſtor. nam de animo interim ſpondeo, non eſſe qui affectu in me magis promtus: ſive loquaris ſive taceas, donec tandem perpetuum tacebis. Sed ecquid vobis magnifici videmur N? de ſchola inquam, cui N. Rectorem noſtri datum. ſic decet; quicquid vulgus hic dicet; & viros pietate juxta & eruditione inſignes præeſſe juventuti. nam N. pondus nec eſt nec facit ſatis Ædilibus noſtris, fortaſſis N. fervore magis delectati ad frigidam hanc juventutem. Sed de conſilio ego amplio, ut & de ſucceſſu: quem ſæpe hominibus Dij inſperatum objiciunt. hactenus tamen bona ſaturnalia. N. enim ſtipendio & alumnis auctior; addo & labore. quem ſi vir eſt, triennium hoc ex fide cum bono paſtore conjungat. Cæterum quantæ turbæ ante menſem Franequeræ! Earum cauſſas initia & progreſſus, ut quæque erant, viſum ad vos mittere. nam etſi de eventu aliquid audiſſe vos arbitrabar, tamen rumore diſtrahi & delatore ſæpe falſo à veritate aberrare. Annon enim ſeculum quo velint, intervallum quo poſſint mentiri? nec mirum cum de proximo etiam & domeſticatim eant fallaces iſtæ voces. Quibus ut vos eripiam, hiſtoriam hanc mit-

tos

mitto: in qua tanquam veritate conquieſcatis. Ea enim fide ſingula aſſecutus videor, ut quo quæque facta modo, ipſo momento enotarem. quare hiulca quædam reperies, quædam inchoata, & in verbis ſtilum quoque momentaneum. quæ non excuſo, modo officium meum tibi probem. Sed cur ſerius hæc ad nos mittis? unica eſt cauſa, quod cum de latore diſpicerem, literæ ad me venerint de relinquenda Friſia. Dij boni quanta cum gratia! convaſavi ſtatim eveſtigio, ut me turbis illis ſubtraherem. ibi inter reliquam ſuppellectilem iſta promiſcui, ut in hanc uſque horam delituerint. ergo ut ſeſe offerunt, mitto: nihil addens dictis vel datis, quam quod turbis iſtis ſegregus & teſtimonio illuſtri à ſenatu Academico dimiſſus, domum redii. Vale Vir Clariſſime & hoc ipſum teſtimonium cum amicorum albo (in quod nomen tuum addes) alias propediem expecta. Vale Vir Clariſſime Lugduni Batavorum. anno ∞.Iↄ.XCVII.

EPISTOLA CVI.

REGNERO GRUTERO
Fratri.

GRatæ mihi tuæ literæ, mi Grutere, hoc habuerunt acerbi, quod me ſilentii accuſant.

ſant. egone te contemnam aut indiligenter habeam? Deus & mens mihi teſtis, quam omnia pro te velim, & mori poſſim pro tuo ſtatu. lubens & meritò: quia & propter veterem tuum in me amorem debeo & propter nuperum inter nos pactum etiam cogor. ſi & ratio beneficiorum ſit, nihil eſt cur ſubterfugiam me impendere in commodum tuum. Tamen ſilui fateor: ſed ſine tua noxa. Quid enim intererat, certior fieres ne per me an per Hagium? illud fortaſſis quod per hunc plenius. quid? quod & planius. nam literis adeo omnia concludi non poſſunt, ut etiam excludi ſubinde neceſſe ſit. quæ mea eſt ariditas. Egone diſerte quid aut exſerte? vix ſentire datum, nedum exprimere. quæ cauſa eſt, ut ſiluerim nactus qui nunciaret. peccavi autem? fateor, ſed ſine peccato: & mendam hanc facile emendavero ita peccando. Vale & me ama Lugd. Bat. ∞. IↃ. XCV.

EPISTOLA CVII.

GVILIELMO van DYCKE *Secretario.*

MEnippæam nuper ad te miſi, mi Dycki; & quia ipſa ſatis dicacula, ego muſſitavi. volui tamen largiter, niſi tabellionis abitus

Atque, ut ille ait, ſi hic in bello ille in culinâ Imperator cluit. Vale mi Dycki, vel in negotio noſtro. Middelb. iv. Kalend. Februar. anno ∞. Ioc. ix.

Epistola CVIII.
ANTONIO VVALEO

Varro alibi, *non eſt* inquit *penula quærenda homini qui habet virtutem.* ſcite, & ævo illi avo & caneſcenti non inconveniens. At noſtrum hoc veſticeps & nuperum ſi videas, aridas artes dixeris, & philoſophiam niſi fumoſophiam. Sine tendiculis verborum audi; nemo hodie triumphum ex Muſæo canit, aut caput vnctiuſculum inde aufert. Vis exempla? quod obvium ne quæras; & ſi quæris tum tu horrea *profer*. Nam trivialia iſta vix meſſem hanc capiant. fateor multos à literis, in rerum & honorum eſſe faſtigio; ſed hoc quoque fateor, non per hanc ſcalam ut ita dicam alphabeticam. Alia manu ſublimati: & vel clamoſo circo patroni, aut tinnientis iſtius luti delinimento. Atque en etiam huic verbo ſatellitem Lipſium, *filios* inquit *ſi habeam literulas me autore non diſcant.* Nunc quorſus tendam hoc comitatu, paucis accipe. Comitia calata apud vos fore & de ſumma curiam ipſo hoc momento percepi. Calata

 in.

inquam; nam ad ravim vocitando raucus ſum, & *reſinam ex melle Ægyptiam* expecto. Tu autem Æſculapius eſto; & ſi opus ſine ſtipe mea miles certamen hoc vir cerne. Arma tibi à me data, tibi à te armi. In cauſa etiam æquitas; nec facile te inequitet frumentaceus ille Cicero. Cautione tamen opus juxta hunc tridentem. Primo ut perdures in præſcripto; nec tuam limpidam ſalſugo aliqua lachrymarum lutulet. deinde ut Patrem patratum te memineris, hoc eſt, ut aurum omne ad lydiam noſtram petram explores. Denique (ut huc redeam) ne digitulo te tranſuertat umbra illa eruditionis quam tu peniculo mihi appingis. Hac enim, inquis, vel ad incitas beatus es. Siniſtrè mehercules, ſi ævum hoc, ut dixi, conſideres ad alia magis quam ad pulicum hos pedes pronum. Nemo enim mihi trientem, ſi opus, gratiam faciat vel Galeno ſponſore. Quid autem in fatis, non ego aruſpex; de præſenti hoc ſcio

Venio ad Macellum rogito piſces, indicant
Caros, agninam caram, caram bubulam
Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia,
Atq; eo fuerunt cariora, æs non erat.

hinc quod aſſolet, domicænium philoſophicum, feriæ eſuriales, ne tu ergo me deſerere aut dejuvare pergas ob vanum illud literionis nomen,

nomen, quod animo pabulum non corpori ſubminiſtrat: & ſi quam felicitatem ſpondet, ea futura eſt, neque quicquam condimenti ad præſentes miſſus adfert. hæc paucis nunc & frigidà manu, cum tibi coram plura, & calida ſæpe lingua ſim admenſus. ſi quid altrinſecus defiat tu ſupplementum feras. voluntas tibi ut ſpero, & copia domeſtica, nec delitias ago. Ex corde enim hæc prolata. Atque utinam itidem ab ope hoſtimentum! vale mi Walee, & quæ in rem noſtram conſule. Middelburg. Non. Febr. ∞. Iↄc. ix.

EPISTOLA CIX.

FESTO HOMMIO.

SIlui hactenus, mi Feſte, ſed calamo. nam animo ſæpe vos ruminor, tam feſtivos & operarum prodigos. Opera ergo vices dandæ, ut tu hanc à calamo calamitatem hectæ facias. Eſt tamen & cauſa cur hactenus mutitio. A prælo enim ſpecimina aliquot expectabam. Hinc indies ſilentio meo imber quem & benignitatis tuæ radiis fovi. Sed fefellerunt iſti tepographi verius quam Typographi; non tu, quem ſine re ſcriptionem ibidem habere ſcio, ubi ab argento ſonores, qui expungere accepti tabulas nequeunt. Excuſabis ergo me, &

illos accuſabis. Quod ut ſerio facias, auctor ſum. nam quid iſti fidem fallunt, non dico datam ſed emtam qua prece, qua pretio? bina ſpecimina ſingulæ ſeptimanæ ſpondebant. Menſis jam emenſus ex quo nil præter immēſam fraudem video. nam ignaviam eorum ad culpam trahere non auſim; qui eos ad lucrum oculis vulturiis.

Cum ſenecus manibus, genere gervonaceo,

eſſe ſciam. Et ſi quem in pacta ſua illectarunt verborum offuciis, poſt

Excuſſu propriis aliena negotia curant.

nobis tamen ſuſpicari licet, tibi qui coram, per cauſas cognoſcere. Quod ut facias, te veneror & obteſtor. nobis inquam, ſummæ rationem perſcribas. Illos vero Cadmi ſatellites vel proſcribas; vel agendi modum præſcribas. operum enim vicarium te creavi; nec pigebit ſi pro nomine tuo es hoc eſt Homerus. mecum ibis, non dubito, in hoc voto, quod coram nuncupavimus feſto iſto die; neque tu Feſtus in Petra γρῦ teres. Vale vir Doctiſ. & humaniſ. & quam poteſt actutum ſcribe, prius adventu meo quam vos occupo: cujus nobis (venia ſit verbo) domi deſtina eſt. Middelbur. Octavo Kal. Febr. anno ∞. IϽc. IX.

AN-

Epistola CX.

Antonio VValeo.

NUnc hercule vero ſerio noſter es, mi Walee, totum enim te & venas & intervenia approbare facis. Cur inquis, promulſidem tuam Regi libas? aut ex trivio iſta ſubbaſilicano cuidam aut gregali non inſcribis? ſapienter monitum, ſed cauto tamen. Quis enim non juxta tecum ævum hoc non ignorat? quo non fuit magis opprobramentorum ferax, neque erit ad hoc exemplum. Præviſus itaque hic aries: Sed vide cornua qui ei oblidam. Regi hæc dedicavi lixa, fateor. Diales nugas ſapientiſſimo, non nego. Majeſtati regiæ vibex, hoc ſerio inficior. Nam qui magis quam cocus, aut quis à ſtabulis aut fabulis? Teruncij ſæpe homines aulæ habent.

Num qui minus ea gratia tamen omnium opera utitur

Imperator? ſed nec hilo deterior, ut commodius etiam vitam inſtituat. At tu quid ad hanc ſymbolam adfers, inquies? nihil dum; niſi ut verbis obſequium clientelæ noſtræ declarem. verbis equidem ſed paucis ſed parcis; ne profundendo opulentiam Regis admænire credamur. Majora alij donarunt donent, ego

——— *ſpem vota timorem*
Compoſitus placido fine relinquo alijs.

itaque nec magna damus nec captamus; etſi captamur quod non magna. Sed à quibus?qui rerum ſuarum ſecuri, ſubroſtrarii, corniculæ. Quos ne tanti faciam, *non meream Deum divitias mihi.* Non tamen tui pedis hoc calceamentum. Illi induant. qui ſalebroſam hanc calumniandi viam eunt; qui

Uti cimiceſq;, culiceſq;, pediſq;, puliceſq;
Odio & malo & moleſtiæ, bono uſui ſunt nulli.

tibi à puero candor, ut ignoſcas ſi quid titubatum; ab ingenio acies, ut penetres ſi quid elaboratum ab aliis. Utinam plures à tua porticu? næ ille raphanus noſter non indecorum donarium Regi. ita enim indigito Centuriam noſtram. neque.

Uſque ab unguiculo ad capillum ſummum eſt, hoc probo apud probos probabor ſpero feſtiſsima.

quid refert? ſi ab animo noſtro pretium adfert; qui magnus apud Regem magnum; atq; ut perſuadeam ſilentio magis quam polydædala oratione opꝰ cenſeo. Carpant ergo quod vident; quod non vident non capiunt, & extra telum eſt. Prava illa retorta & turbida ingenia non ego malaciſſanda aſſumo. Sed nec plectenda; quia ut noſter ait.

Si ſtimulum pugnis cædis, manibus plus dolet.

fato

fato ergo eos relinquo & ævo ſuo. Ad te mi Walæe ex penitis radicibus cordis loquor: ſi cui probari mea velim tu es, inter probos probatiſſimus. Non una fide res peracta, & debeo tibi multifariam unum tamen hoc, ad catalogum à te addi velim; ut nubeculas iſtas ſuſpicionum quibus in meis quandoque involueris, bonæ mentis radiis ſerenes. Tangi enim te alios imo religionem ſæpe putas, hoc eſt Bellerophontæo morbo me laborare, & Gygantomachiam reducere. Abſit abſit; ex animo tuus ſum, & tui inſtituti. Et annon verba etiam innoxia? ſi quidem ad mentem meam tanquam normam exaſciabis. Sin ad præjudicium malignum & neſcio quo ſidere afflatum, nunquam quietus eris vel ipſis Alcedoniis; & in roſis ſenticeta finges. Viam ergo hanc, ut præco, ſequere. Præeo autem ad candorem; ita æternam lucem teſtor. Quam tibi & mihi ut ſit æterna, Deum rogo. Vale & me infucatè ama. Middelb. octavo idus Februar. anno ∞. Iↄc. IX.

EPISTOLA CXI.

GUILLIELMO van DYCKE *Secretario.*

EX lorica & ocreis ad te ſcribo, mi Dycki, miles ad prælium apparatus, non terreſtre

M 5 ſed

ſed navale. Hoſtem vides, ventum, mare, tumida omnia. Claſſicum tamen ut cecinit, en Archithalaſſum me. In Bataviam inquam vocor, & transfretare certum eſt: etſi

Vna Eurusq; Notuſque ruunt creberq; procellis
Africus, & vaſtos volvunt ad littora fluctus.

Sed cum Lare propitio, cui hæc opima facio. Nam Neptuno celeuſma ſuum ſatis ſit. Te obteſtor, mi Dycki, per Fidium Deum ne abſentis incuria te obrepat. verbis inquam auxiliaris eſtō; rem integram & illibatam ſerva. A ſummo vertice ad talum cavillum noſti, nec Sphinge ad explanandum opus eſt. Excita ergo Endymiones illos, qui ut ille ait, mãdragoram biberunt, & ſeculo *in utrumq; oculum* dormiunt. Argentangina hoc facit, qua Epidemice laborant; & cui rete jaculo comiter medicinam faciant retiarii veſtri. Cavendum tamen ne mirmillo quidam ferulâ aureâ obrepat; aut iatralepta collyrio ſicco opticam omnem prævertat. Nimis enim ſæpe exoculantur iſti argenti accipitres, dum Lege Manuariâ agunt. Sed & omen mihi dictat, ſæpe dum abſis, fieri quæ non fieri ex uſu tuo forent. Hic te ergo parumper communica, mi Dycki, illa parte, à qua ſi quid abſtuleris, nil tamen inde perit. Verbis, inquam ſubinde intercede apud meum cauſidicum:

cum: & ne quid titubet indicinam facito & moris & modi. Etſi autem per ſe ſatis conditus, tuo tamen fulcro firmior evadet. Commode hoc poteſt; cũ is tibi quotidie ob oculos, neque pedẽ efferre ob hanc induſtriam opus ſit. Commode etiam; ſi amici pauperiem laciniâ aliquâ declaratam voles. Adſunt fœnerato

Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi.

adeſt & ſuppectilis *heres*; qui ſe perire in rem tuam lucro apponet. Itaq; vel tuſſiendo te explica, atq; ad obſequium omne, imo & ſubſequium me promes. Serio loquor, neq: ſero pœnitentia erit. *Synceraſtus ſum*, ita Sancus faveat. Vale vir Doctiſ. & me ama. Middelb. Kalend. Martii anno ∞. Iɔc. ix.

EPISTOLA CXII.

HENRICO BRANTIO.

IN procinctu ſum itineris Hollandici, mi Branti, & tamen ſcribo. Humanitas tua allectat & cauſa vrget. Utroque ergo ignoſce loculeio, & hanc cognoſce. Annus eſt & ſi momenta computes, vix diem lucri facio, ex quo me ad Recuperatores paterna hæreditas traxit. Ibi vos Sicilienſes & caduceatores dati. Bono augurio; nam verbis quidem partem hactenus tuli, re vix gutta onuſtior. Fraus tamen hic nulla veſtra, quos conſcientia firmat bene diſpoſiti dividui. Atque ego expe-

experitæ cauſæ voto acquieſco. Sed Harpyiarum eſt involatæ prædæ inſeneſcere velle. Noſti homines ; ſi modo hoc nomine digni qui tam barbaro faſtidio, tam luculentum veſtrũ officium contemnunt. Quis remedio locus, inquies? bene quæſitum; & nobis hic eſt. Inveniſſe tamen videor, quibus fallentes illos & lubricos Proteas conſtringamus. Ad Lorariorum enim Tribunal itur; & ſi nerviæ non ſatis, addantur ferreæ numellæ. Satis verborum eſt ; niſi ſi quid durius aut crudius vobis videatur, verbis etiam molleſcat. Multum ſuadelæ tuæ defero, multum debeo. Delinire itaque ſi quid valebis, in accepti tabulas à me referetur. Atque una ſimul expungentur debita. Vale vir humaniſſime & Doctiſ. & me amare perge. Middelb. poſtridie Kal. Mart. ꝯ. Iɔc.ıx.

EPISTOLA CXIII.

N. N.

QUi nuptias à nubendo dicunt, appoſite quidem hoc faciunt, ſed repoſito iſti ſæculo, mi N. hoc enim noſtro & obvio, nemo umbram novæ nuptæ facit.

Nec ſparſos religat crines; aut vultibus addit
Flammea ſollicitum prævelatura pudorem.

non

non tamen dementavimus, aut à verecundiæ limitibus exulamus. Fidei Sacramentum eſt; ne nolentem ad vincula trahamus: neu ſub nube iſta, imber lachrymarum fluctuet. abjecti ergo veli cauſa hæc. Plures qui derivat, is forte magis ſerio nugas agit. Et quanta harum meſſis ſacrorum initiatis! nos à plebe, & qui *pravo naſo vivimus* ſola hæc ſolatur. Quo ergo tibicine voci huic ratio conſtat? eodem quo ſupra, à nubendo. Sed cave ne faciem *varicosâ Aphræ* obnubilari credas. Vultu hæc nil non vult; ſed animo ſæpe vide quam recalcitret! nubem hanc nemo, nec vel Momus vitreis valvis penetret. Atque eſto; pectus ſimul & aſpectus homilias prodant, foris tamen ſubinde eſt, quod te incomitier. Cui non Peplum Junonis aut Sandalium Veneris; ſed noctem illam & pæne totum chaos obtendunt. Nemo hæc vel Argus vel Linx pervideat. Omnes cæcutuli ſunt & oculis lippientes. Et ſcis quid inumbrent? Solipungam, quam adeo lux vel radius ſolis non tangat, quin acrius incitetur. Exemplum tibi dabo, ut in rem eamus. Noſti juvenem illum, quem tibi Apellæis lineis toties deſcripſi, ut tanquam coram cognoſceres. Ille inquam fortunæ ludus & pila, Dea Juga ringente in vincula nuper conjectus: non iſta Vulcania tenuia & oculos fallentia; ſed hæc

non

non ſingularia, ut noſter ait, & quibus Cerberus conſtrictus & contortus. Non ergo inquies, Parthum fugientem dicis, ſed monte Apennino perſtabiliorem. Næ tu acu rem tetigiſti, *quis te enim eſt aut fuit in partiundis rebus, in definiendis & explicandis ſententiis preſsior?* ſed tamen ut transfigas magis, en tibi hæc digitalia. In vincula, inquam, conjectus eſt, ſed conjugii. Uxorem enim duxit. Sed: vices vide; non illa, ut ſolet, uncta, ſed ipſe litus, delibutus, vnguentatus, imo imbubinatus imbulbitatus, conforitus. Dos enim illi ex Beſſe promiſſa; ſed ecce Parapherna ex aſſe, anima vadimonis argenteis vadata apud Tribunos ærarios. Debitum inquies, nullo ære luendum; & quod cum Claudio in terris morari faciat. Ita eſt; Prætorianis militibus curiam iſtam corporis nimis quam ſedulo obſidentibus, atque animæ exitum intercipientibus. Itaque vix ad compendium cantata hymenæa, cum Juno Lucina fer opem clamatur. Partitudo adpetit; non illa Alcumenæ Herculem enixuræ, ſed hæc ſuccubæ ſepticeps monſtrum eructaturæ. Nemo tamen fatale carmen excipit; Lucina obſurduit, Levana obſtupuit, Cunina & Cuba obbrutuerunt, obſtetrix obſequium negat, viam deniq; vi, fætus hic fætidus & ſerpentinus facit, ventrē nempe matri perro-

perrodit. Atque ut ringatur mali augurii Morta, metus eſt. Nam jamnunc Puerpera Morboniæ eſt; & in Plauti illâ civitate Epidamni. Nugas, inquies, agis, in re tam capitali; atq; ubi de divinis & humanis cernitur. Quid me vis faciam? flere minis extis? Siccoculus ſum; & vel caſſa nuce levare miſerrimum & deſpicabilem nequeo. Verbis forte; ſed ea nihil ad fartum, licet Perſica longa contortuplicata. Itaque piſce ego mutior; nec quicquam habeo, quod illi prævertam aut præſternam. Tibi ſi eſt, adfer vel in medium, vel in remedium. Utroque enim opus: magis tamen hoc, ut tranquilletur oleo tranquillius. Gratiam habiturus à duplici munere, quod & à Deo tibi in hunc finem, & ab amico. Cui te utendum dare tuto potes, de fænore ex animo certus Vale & illius cauſa ſi negas, vel mea cauſa, imo cauſæ cauſa patrocinium ſuſcipe. Vale Middel. XII. Kal. Mart. anno ∞. Ioc. IX.

CVm vacua eſſet futura hæc pagina, vacuo eam implere viſum. Epiſtolâ inquam, quam ad amicum ſcripſi, plenâ inaniarum. Lituras verius dixeru, quâ literas: ideoq; tanquam ſcabies extremum occupant. Eſt tamen quid in eâ non ridendum ſed ringendum. quanquam & ridendum ſed riſu Sardonico. Itaq; deprecari

judicij

APOLOGIA

PETRI GRUTERI,

In qua

INSTITUTI RATIO

redditur.

LECTORI S.

APellem ferunt, quicquid elaboratum vellet publico expoſuiſſe: ipſum verò delituiſſe, ne præſentiam ejus, judicium timidum aut fallax ſequeretur. Hinc factum, ut multa à diverſis, diverſa à multis, à falſis ſæpè vera prodierint. Quam limam ad opus cenſura tam cautâ identidem tranſtulit, ut multorum vocibus deinceps album calculum aſportarit. Nos in materia diſſimili, ſimilem modum ſecuti. Partum enim hunc lambendum multis dedimus; antequam uſuram illi lucis cederemus. Et tuli quod petebam: hoc etiam Apelle felicior, quod conſilia vel tacentibus coram extorta. Nam quod Plinius alibi, idem ego

hic, capitis nutus, membrorum motus, coloris in vultu diſparitatem, diffiſa ſibi murmura, intima cordis indicia habui. Itaque qui alium fallere ſtudebant in ſuum ſibi dolum ſæpius impegerunt. Quanquam imponere raro Belgæ ſoleant, quorum pæne peculium candor: & linguæ cum corde conſenſus. Non ergo ad ſuffragia in urnam conjicienda apud hos anfractu opus fuit, aut tortore. Sponte enim ea data, & vel antequam data elapſa ſæpe: quæ quorundam eſt temeritas. Sapienti autem præviſa indicia, ex re prodeunt & in rem. quæ vereri ego didici ad uſum meum: prout *metus eſt acerrimus emendandi magiſter*. Sed & malevolorum morſus expertus ego: volens quidem, ut præviſa mala minus nocerent; & triplici judicio beatus ſemitam hanc virtutis audax viator ingrederer, prudentis nempe, temerarii & malevoli. Quicquid ergo compendifecerim ex Triumviratu hoc tanquam ſortem in ſitulam conferam: ſuſque deque, ut tuo tibi judicio ſecretio & patientiæ ratio conſtet. Ac primum in feliciſſimum hominum genus incidi; qui ob laudes nec pallent nec ſudãt. Hos miſereri ob labores meos inceſſit. *Gloria* enim, inquiunt, *ſequi non appeti debet*. Sequetur autem vel nolentem vel deſidem; ſi in fatis tuis vel ſideribus eſt. Alii gloriam in ſublimi

ſublími poſitam, & niſi ſublimibus petendam arguunt. Tua vero vulgaria ſunt, nec quicquam habent quam privatis rebus incluſum, hoc eſt; *quid agis? eho, ecquid commode vales?* negatæ ergo laudis tædio, ipſa materia te afficit. Et ſi quæ forte expectanda, à Lipſio ea meſſis abunde facta, ut nec ſpicilegio tibi locus. Nã de ſtilo, inquiunt, annon tu multum infra illius laudes? quin vide ſis, ne vel proverbio locum feceris, & ſimia Lipſii dicaris: quod accidit, anxie cuidam veſtigia illius prementi. Et divertendi quidem hæc ratio multos egit. Sed prout ſtudia & mores, ita præſcripta varia fuerunt. Alius intentis oculis Accurſium in ſcriptis noſtris inveſtigabat; & ſi plures paragraphi inquit, vel ad quæſturam tibi aditus recluſus. Alius ab heſternâ curâ propenſior clinicus matulam abſentem dolet: & hæc, inquit, quantas opes vel expreſſa tantum, tibi exprimeret! Jam quod caput rei eſt, ſtatus cõditionem Theologus quidam movet. Ad Dei gloriam & gentium ſalutem nullus hic canon, inquit. Peſſimo exemplo, tuo etiam damno. Nec n. vel rem vel ſplendorem hinc feres apud beatos, qui in ſeverâ triſtitiâ actionem omnem locant. Ad poetam venio, liberalioris judicii: & cui quidvis licet modo verſu cõpa-

ctum. fulcit, mollit; ſed nec heroicum reppe-rit nec hendecaſyllabum. Et ô, inquit, Muſis iniquis natum opus! Quanto rectius, *Arma vi-rumq; cano*, aut, *Paſſer delitiæ meæ puellæ.* Malè itaque habitus malè conciliatus diſceſſi. Et quin fores, inquam, hiſtorici pulto. Vix pe-dem limini admotam eccum adeſt; ſed ut qui ſtrages populi, ruinas urbium deſcri-pſit, tetricus, vultuoſus, tanquam infortunij parrticeps. Hem, inquam, vile opuſculum limæ tuæ committendum affero. Ille manu avida rapit, ſperãs vel futuræ hiſtoriæ materiã. Proæmiatur, ut ſolet urbis Romæ fata exorſu-rus. Sed quam ſono diſpar materia! videt quiſquilias, amicabilia verba, *ſalutem*; & in-quit, *vale* tuum præverto & ultrò tibi do. opus non mei genij, aut in quo judicium inten-dam. facta ego virorum illuſtrium proſequor: quorum exempla orbi ad imitationem proba. Hem ſcopulum inquam ego! næ huic Livio novæ fabulæ argumentum dedi: & qui mate-rias emere ſolebat, ultrò ei obtuli. itaq; ple-nus repulſarum, & augurij mali providus, abeo ad meæ farinæ hominem. Queror tot ungues impreſſos, tot nubila ſuffragia data. Et inquam meliora, de te ominor; niſi me fallit Varronis, Feſti, & latini ſermonis anti-ſtitis Priſciani ferula. Gaudebat tàm præcla-

ram

ram de ſe ſpem conceptam, cujus judicio exaſciatum opus vellem. Itaque exorſus limato per triduum ſermone, ut ſolent eloquentiæ candidati, gratias agit, operas ſpondet, legit attentè. Sed ut nubes fronti induci video, de pluvia, inquam, malè mihi metuo aut nimbo. Atque cogitationem meam factum ſequitur. Commotior enim ille tanquam in rupem caſu, unius voculæ ſcrupulo, minus Ciceronianæ; hem inquit, quæ hæc eſt ſtribiligo? tum illa quam obſoleta, iſta quam nova! & annon ſolæciſmum ſententia hæc claudit? Sic verò ego, ſic Cicero,

Sic nos intonimus reliqui ſunt bambaliones.

Sed & ſtilus hic rebus gerendis & actionibus contrarius. nulla enim hic figura, nullus torus, nulli numeri: nulla denique decenter inchoata vel clauſa ſententia. Et rationi epilogum addit, aliam ſibi orationis ſeriem & filum probari. Proin ſi laudes aveam, Ciceronem ſequar. Ego quid? auriculas iterum demitto; & erectior antea, nunc magis depreſſus tam ſevero monitore, quem latini ſermonis cenſorem ſemper ſum veneratus. Sed tamen me colligo, & judicij ſuſpenſus confirmo animum, alibi fore ut ſecundo omine ſolet. oberrabat enim cogitationi, eſſe ſerva quædam pecora; quæ nil niſi ſuum probant.

Quoſdam vinculis animi liberio ribus uti, &

Nullius addictos jurare in verba magiſtri.

ſemitarius ergo eo: indago mei genii hominem, ſed emunctæ naris; ſui non alterius judicii. Huic profero mercem meam; & quãti hæc veneat? inquam: tecum examina; & de precio ædilis præfige. Expendendi ſpatium vel octiduum dabitur. Ille me votorum plenum dimittit. Nam ipſo momento & calente manu quædam approbaſſe viſus. Ad diem itaque ſtatum me coram ſiſto; & feror laudis alis, non pedum vehiculo. ita inhio ſi quid appendicis, præconium vetus habeat. Sed eheu, quam mutata rerum facies! levior inquit, nuper in cenſurà, à tempore & curà pondus cepi. Serio perlegi, & quæ digna notatu, hæc repperi. In ſtilo brevitas placet: & ſi fieri poſſet, indiciis quam verbis mallem loqui. Attamen nil mutile aut obſcure tractandum. Materia rerum ſuâ ſerie & luce enodanda. Hic in obliquum alibi deflectis; & famem magis irritas, quam guſtum expIes miſſu tam circumciſo. Porro & vacillantis, aut ſe corrigentis judicii ſigna reperio. Diſcrimine enim ſtili ambigis. Juvenilis ille, curſu agiliori, & plana orbita incedit. Hic ad ætatis ſtatum vergens, tardior; & utut eruditionis plus habeat, minus tamen ſuavitatis. Anxietate

enim

enim laborat: & vere dicam nimia cura detritus. Placuit Medius fidius, judicandi hæc acies; & penetrare etiam viſa. Quia de præſenti, & ad terminum, de quo agimus, reſtricta. Itaque ut ſolent manifeſtarii, ſilentio culpam cumulavi; & ſuffuſus verecundiâ, pellem meam expendere cæpi; & ut ita dicam, judicio aliorum ſapere. Sed cum finem arbitratus criminum, alia in hac hydrâ capita amputanda, alius notavit. Temporis enim rationem neglectam ait; & priores poſteriori loco mala diſpoſitione locatas. Ordinem aliter ſuadere, & judicii maturitatem. Addebat & hoc, in titulis minus verecundè aut debitò quoſdam me compellaſſe. Familiaritatis rationem nullam eſſe in publicis ſcriptis; ubi non propriæ ſed alienæ laudis ſtudioſum eſſe decet. Itaque deprehenſus ducor: nec vel Orci galea me defendat. adeo iniquo vertumno natæ literæ noſtræ! Abſtineam tamen à concepto? Et paucorum judicia, omnium faciam? Neutiquam: quin minus mihi metuo in poſterum, has ab initio cenſuras expertus. Pergo itaque; & ſicubi germen laudis nanciſci datum, id vero ſedulo quæro. Perfricta nempe frons toties, vel leve præconium pro ſplenio habet. forum itaq; muto, inſtitorem aliũ quæro, & repperi; cui crepundia mea offero

vel datatim. at tu, inquit, exotica hic extrudis: Sed titulo ipſo offendis multos, qui vulgari nomina ſua nolunt. aliorum enim gloriâ tuam ignominiam velas, & quod Plinius de ſervis, *probari dominus per alios potius, quaper teipſum laboras*. Hic in mentem mihi venit miles Plautinus, qui ne vulgò pollicitarentur operam ſuam, interminabatur, his verbis:

P Y. *Heu hercle odioſa res, quoties hoc tibi, verbero, ego interdixi*
Meam ne ſic vulgo polliciteris operam?

& miſerum me inquam, qui leges theatrales fero, neque quemquam habeo, qui in ſcenam ſponte deſcendat. Sed hoc lumbifragium tantum; jam pedes etiam catenæ non ſingulariæ nectunt. Suadet damnandas æterna nocte epiſtolas; quod nulla non ſit referta ſalibus, & in probos convitijs. Malè procedere in publicâ viâ, qui in quoſvis arietat. Omine etiam clauſit dictum: ni caveam, ſimili me malo *piacularem fore ob ſtultitiam meam*; & pœnas antagoniſtis daturum. Timorem itaque antea, & laudis jacturam, nunc etiam crucem imaginor. Et niſi me ſalus ſervet, gymnaſium publicum debeo. Tot enim de capite meo comitia ſunt: Tot vivus, (quod illi mortuo accidit) ſpiculis confidior. ſpes tamen unica ſpiranti, ne vulneri quidem ultra locum eſſe; cum

cum ex latebris Brutus quidam acceſſit; cujus vultum ſi aſpicias, carnarij non Cæſaris percuſſorem dixeris. Et heus tu inquit, vel à me votorum damnas eſto. Hanc tibi mortuo, etiam mortem ſuperaddo; & capulo tenus non enſem ſed linguam abdidit. Ego tanquã à ſomno expergefactus, video in objecto ſpeculo, quod mihi obtendit, profuſas laudes & Plautinas phraſes. (Crimina quæ de capite ſunt, inquit. Non enim illudere viris doctis decet tot preconijs; aut è rubigine & ſitu tot Plauti ſententias reducere. Æquius itaq; fore ut cum folijs Sibyllæ

Apponantur ad Vulcani violentiam.

Quod me quidẽ præſente & fecit, nec factum ego vel vultu damnavi. Nam cenſoris veteris memor, (qui me convitia de plauſtro ſpargere dixerat) ad opem illius me contuli. Cautius tamen, ne vel huic offeram quod culpæ meæ aggreget: vel duello anſam præbeam tam contrariæ factionis vexillo detecto. Itaq; pax bona optabilior, vel meo malo; quo tamen blato *ſoricinâ næniâ ſum confoſſior.* Et cum dicto, ad quietem me obfirmo: niſi Pancacus quidam caudam pungere inſtitiſſet. At pulicem ego primo ratus, poſtea magnã belluam Rhinocerotem animadverti: cui omne in naſo robur, vel ut vulgò dicitur ſapientia. nam

Naſo pol jam hic quidem videt plus, quam oculis,
Vulnus ergo manu iſtâ intentat, & uno quidem ictu, duplex. Gloriæ inquit, vanæ ambitu laboras, cum & hæc ſcribas; & aut recites alijs, aut legenda propines. Nam etſi ſuo judicio ſtilus conſtet; ipſa tamen materia an non alibi ſupprimenda? in theatrum enim te producis, dum cloacam iſtam factorum tuorum moves. Atqui non famam tantum, ſed conſcientiam etiam vereri debet, qui poſteritatis nomen ſectatur. & licet maximè beatus hac parte; quanti tamen eſt recitare ea amicis, & vel legenda dare ipſis inimicis? illud enim oſtentationem thraſonicam, hoc ut cætera cõmunis judicii defectum notat. In pelle ergo tuâ quieſce: nec gloriam cum ignominiâ tuâ capta. Semita illa Epicureorum ad quietem commoda: & calcanda non niſi illis qui de præſentibus gaudent. Dixerat & nauſeabundi inſtar, longe me amandat. Ego ſcrinio illo pectoris tanquam naufragus, tabellas colligo: & portum ſublego quaſsâ prorâ & puppe. Atque ut ſolem penetrare nubes video, expandere ſuppellectilem omnem humidam cæpi. fruſtillatim inſolo; video paupertatis meæ ſolamina; & alibi ſolida alibi laciniosa benigno tamen Phæbo amplector. Et cum totus in eo ſum, ecce tot caſibus anxium oppreſſit

ex

exlatibulo quidam, homo facie etiam probitatem exprimens. quem ut loquentem audio

Quantum eſt in rebus inane!

Hic inquam æquitatis arbiter eſto. accedo indicio non vano illectus. Caſus meos narro: ſed breviter. cum intentum ſeriis viderem, offero ſimul fundum meum, & hunc, inquã, tot calamitates agitant. ille vero; etſi *de venalibus auribus melius, quam oculis judicatur*, avida manu particulatim excuſſit; nec diu in judicio moratus, ſi lumen inquit curiæ ferre potes, prodi. Laus tibi parata apud benignas mentes, quà opere, quà opera. Nam illos tetricos, iſtos leves, hos malevolos deſpice; quorum meſſis abundans ubique; quorum linguæ inanes, aliorum conviciis ſe cumulant. Habebis affatim, ubi virtutes tuas loces, in ſinu nempe, cordatorum. Quo breviloquio tanquam vita mihi reddita, additus animus, ſpes laudis confirmata. Et per tot ærumnas tanquam aſinus iſte, roſas nactus in veterem formam migravi. Nec enim in ſuſpenſo amplius hæreo, quin plures eodem Zelo calculum ſint daturi. Etſi autem vitilitigatorum aculei numero vincant, plus tamen unius præconii à candore producti ſtimulus valet. Et quidem eo efficacius quod etiam falſa laus

dele-

delectet: *& rerum quas aſſequi cupias, præſumptio ipſa jucunda ſit.* Nam iſtos in diverſum, vel deſidia ſibi beata, vel invidia trahebat. Unde iniquiore lance virtutes appendiſſe, vitia curioſius examinaſſe conſtabat. *Neq; enim ſoli judicant qui malignè legunt.* itaque ſchedulas attentius inquiro; ſtilum & pugillarem profero; pone venabulum me ſiſto, *non apros*, ut ille, *tres*, captaturus, vel hircos ut ego antea; ſed benigna pectora, quibus probare mea ſtudeam, indagaturus. Et in ſpem adducor copiæ, ut felix hoc & ferax ingeniorum ævum conſidero. Sed dum extra limen ſtudia mea profero, operæ eſt levi ſpongia maculas aſperſas eluere: ne approbatas putent, quas non vident refutatas; & inſectam ſuam alios illectent, quos ingenij quies & judicij tanquam languor habet. Atque is mihi reſpondendi finis & gratia: non ut malevolos corrigam; quod ardui operis, imò vix conſummandi judico. Obſtinatione enim ſua ſibi perſtant etiam victi. *Et ut recta ingenia debilitat verecundia, ita perverſa confirmat audacia.* Conciliare autem antipathiâ laboranti cibum, ne Æſculapius quidem audeat. Et *ego hoc temperamentum modeſtiæ meæ indixi, non facilè cuiquam præcipere,* aut refragari, ſine ſpe profectus. Itaque candidis hæc prolata; non quibus glaucoma oculos

oculos obſidet. *Quorundam verò delicias deſidiamq́ quaſi judicium reſpicere ridiculum eſt.* Apud quos, ſi conſulas, omninò nil, quam tantillum dicere ſatius eſt. Nam quid Lentuli iſti mihi gloriæ famem objiciunt? Quam etſi ſatiare magnanimi ſit; liberalis tamen ingenij ſolari, ignavi abijcere. Cujus extemplo *ubi ſallllum hoc animæ corpus reliquit*, ignobili morte damnatur. Vita noſtra brevis; utique factis eam extendamus. Si Heroicis hoc negatum, vel ſtudijs proferamus. *Et quatenus diu vivere denegatum, relinquatur aliquid quod nos vixiſſe teſtetur.* At quantula hæc veſtra? inquiunt. Curta fateor; neque pellem noſtram excedunt. Sed de meo parcus promus; alienum capto; hoc eſt veniam. Nam & hanc pro laude ſtatuo. Et ô felicem me, ſi Cupidini meæ in eo ſatisfiat! ſed ſpes me tenet, quod & ſimiles labra lactucas inveniant. *Et laus à minoribus etiam profecta delectet.* Quod & illi dictum volo, qui in ſublimi gloriam poſitam & petendam arguebat. Fateor vulgaria hæc: ſed hoc ipſo forte laudandus, quod *Ad populum provoco.* Nam ut ſummis hæc approbem, à judicio ſano alienum eſt. Non eo hæc tendunt; ſed ut diligentiæ ratio apud eruditos probabilis ſit, quæ vel ignaviſſimo cuique ſæpe non culpanda. Et quid pecco, ſi in eodem ſtadio curſus mei

alas

alas pando, in quo ante me viri magni? ſeculum noſtrum vide & in eo Lipſium & Eraſmum. Duces illi mihi in hoc itinere: & ſi laudem omnem mihi præripiant, forte & à culpâ purgant: *quod maiorum veſtigia implere apud ſapientes honeſtiſsimum ſit.* Præceſſiſſe autem eos recto itinere nemo negabit, cui aceto cor acre eſt. Itaque pari paſſu ſequi, ut æmulationis tædium, ita vel longo intervallo comitem eſſe, diligentiæ laudem habet. Sed & exprimere vel in peius, ut ſæpe non ineptum, ita ad altiora tendenti, futuræ limæ non contemnendum augurium. quanquam ſi materiam aſpicias: communis ea omnibus, *ſalve & vale.* Si ſtilum; ſuo quiſque filo & mãgonio eum adornat. Neque ille peccat quî fuſiori alveo neque hic qui depreſſiori ripa fluit. At plagii reum te prodis, inquit, & ſimiam Lipſii. Tu vero, ut capiaris, explica inquam, quid ſit Lipſius quid ſimia. Si ignoras, male mihi in vitium obiicis ſequelam hanc, & ut ita dicam ſimeitatem. Si ſcis, vitium tuum eſt, quia probo exemplari me abducis ad neſcio quas eloquentiæ rugas. At ignoraſſe te quo loco ſtatuam? inter eos, qui tanquam noctuæ ſeculi hujus lumina exhorreſcunt; aut inter eos qui allium graveolens condimentis regiis anteponunt. At vero ut tibi judicio

dicio tuo beatus ſis, cur Pſittaco ſuum χαῖρε non invides? qui quidem avium auſpicatiſſima vel hoc nomine quod ei cum hominibus balbutire unice datum eſt. Si ergo vocula una articulate enunciata feram commendat, cur homini hominem noxium expreſſiſſe, tum multis & variis combinatis ſententiis. Attamen gradum ſiſte, ne confitentem deprehendi credas. Lipſium me imitari aſſeueras; ego nego, & à ſtilo argumenta adduco. Excutiantur membranæ noſtræ: brevitatem & in ſtilo lineas an Lipſio abſcribis? qui ſolus ſcilicet Laconiſmi auctor, neque ante eum alius compreſſe locutus eſt. Plinio acumen, Saluſtio nervi, ipſi Ciceroni brevitas deeſt. Annon enim ad Atticum epiſtolæ tanquam ad puncta conſcriptæ? Brevitatem ergo noſtram cuiatem dicis? Lipſii ſerio hactenus, ut opinor, quia verbulum alibi mihi gratiam fecit. Hoc ſi in culpâ, jam manus do; & totum me in Lipſium transformo. Qui non? Cum curioſius diribitori examinanti nullum non in Lipſio reperiatur. At tu naſum emungas & hanc animam hauri. Si verba quæ in publico ſunt, ſolius Lipſii peculia teſtaris, jam & ipſe Cicero, Plinius, Saluſtius, Lipſiani erunt: & magni iſti trium viri ex Lipſio balbutientes.

Quod

Quod ſi verborum aucupium, & ſtili quaſi conferruminationem alibi haberi poſſe fateris, quomodo ſimiam tantum Lipſij me appellas? Quia, inquies, manifeſtarium te prodis, non unica voce, ſed contextis multis, & ad periodorum uſque conſummationem; non ſecus ac Saluſtius, qui emendicator verborum Catonis, ni fallor, olim dictus! Hem palo pectus pertundis! Egone quicquam à Lipſio ſiniſtrâ manu? nunquam verum dabitur; & ſi dabitur cum venia erit legis repetundarum. Si caſu ſimile quid excidat, indictâ cauſa à cruce liberor. In publico enim ſum, aëre tecum victito, non tamen de tuo fertilior. ita in una arena ſtudiorum, eundem ſæpè pulverem colligimus, non tamen laudem. Quia ut ille inquit. *ſcripti gratiam cumulat ſanctitas ſcribentis.* Ingenuè fateor, per Lipſium nos profeciſſe; ſed & alios qui indecoro ſæpè ore inviti laudes eunt; peſſima gratiâ & beneficiorum ſiniſtrâ compenſatione. Multis enim Lipſius profuit, non verbis tantum ſed & re: qui in ingratorum pecorum numero ſunt; & quantum penes eos eſt, omnem veterem famam eum decoxiſſe ſtudent. Causâ nullâ, niſi quia in causâ fortè diſſenſit, & in religione ſejugem ſe declaravit. Nam ſanè aliud prætexi vix poſſe credam, cum diligentia viri ad ſuc-

ceſſus

ceſſus rei litterariæ multis documentis mundo approbata ſit. Non eum attollendum aſſumo: ſuo ſibi præconio parto contentus, & meliori tuba, ſi opus tentandum. Illud tantum adnecto, non me negare minerval huic ferulæ à me deberi. Beatus enim ego,ſi diſciplinæ infimum ordinem nanciſcar: & profeciſſe quoquo modo gloriæ imputo. Neque unquam immemorem vel invidia vel oblivio obrepet. Hoc tantum de plagio abſterſum volo; nec in puerili ſecta cenſeri me patior. Etſi enim non pauca noſtra eandem claſſem obtineant, ea tamen (cum venia viri dicam) non illius propria ſed ab eodem rivo ad me deducta ex quo ille hauſit. Multa Lipſius ex aliis habet: quæ forte & in noſtris expreſſa. Sed cave ne nobis furto imputetur, quod illi laudi dicitur. Non enim ea à Lipſio nobis emendicata;ſed pleno oſtio, eadem via ad eundem theſaurum penetrare facile fuit; etſi ut video minus mihi glorioſum. Imitatio ergo hæc noſtra eſt, ut & Lipſii; neque fraudi eſt, ſi diſciplinæ rationem forma quandoque ſimili reddamus. Dummodo anxietas abſit: & decentes lineas ſedulo exprimere æmulemur. Neque vitioſa hæc exercitatio, ſi Ciceroni credimus. Cui à philoſophis mutuata multa, ſæpe in probrum verſa. Cui ille, *miram* inquit,

ni à Cerdonibus. Laus ergo hæc imitationis;quâ ſimilia inveniendi facultas paratur ? intelligentia & judicium acquiritur : *Et magna*, ut inquit ille,*gratulatio ſi nonnulla tu, magnus pudor, ſi cuncta ille melius.* Quanquam audax hæc contentio, cum ſummis parem laudem affectare; proba tamen quia vel ſecreta vel publica labores tuos & profectus declarat. Quid autem elaboraverim hâc diligentiæ ſemita, alius judicet. Ego certe hoc affirmem, poſtquam ſerperaſtra abjeci, proprio fulcro pedem me uti incedo,ſed meo curriculo nec vela aliunde mutuo.Si anteceſſiſſe negotiũ; ſatis habeo ſubſequi vel menſurâ loci longâ: nam pares paſſus ſemper moliri, arduum; *recaleſcere vero ex integro & ſubinde impetum fractum omiſſumq; reſumere glorioſum eſt.* Atque ita *quantum ab Archetypo labor & decido mecum ipſe experior.* Solatio interim eſt,hac uti cynoſura:ad quam in felicem portum greſſus regere datum. Ut enim effigiem ſuam quiſque, non niſi ab optimo artifice fingi optat: ita animum formari non niſi ab erudito decet. Quicquid quorundam vanitas obijciat, hanc laudem ſequor. Et quidem ingenuè, ut ſcholaſticum (quem hic agimus) decet. *Quo genere hominũ,* ut Plinius ait, *nil ſimplicius, aut ſincerius aut melius eſt.* Itaque qui alium hic quærit, fruſtra-

ta

ta ſæpe quæſtione eſt abiturus. *Proprio enim ſucco victito tanquam cochleæ:* falcem in alienam meſſem nō immitto. Ut Paragraphos qui nobis injunxit, juſtitiæ ſuæ ipſius oblitus ſit; quæ ſuum cuique tribuit. Et qui ſiphones urinarios extorſit, præſagii ſui male conſcius, & cauſas & ſymptomata confudit: impius quoque Theologus, qui ſacra ſua luſibus noſtris inerrare voluit. Fateor ſublimia hæc, uſum habere & majorem laudem. Sed illis hæc auſpicanda, quorum ſacramenta ſine noxâ perduellionis non mutanda. Nam de jure quod civile vocant, expertes ſumus & extrarii. De liquido autem, quod medicum dixeris, aliquantum magis domeſtici; utpote in quo Doctoralibus etiam donati. Abſtinui tamen manum ut ne moretum alienum infercirem; & in porticu noſtra perſtaremus, quæ ſyllabas tantum examinat. Forte an olim digniora Æſculapio daturi, cum thure ſupplicabimus. Nunc mola ſalſa ſufficiat, aut quo ruſtici litant, lac. Quæ tamen ipſa non ingrata Diis, qui ab animo pondus capiunt. Quo arrabone, medico iſti me obſtringo: ut pacatior hæc vel legat vel præterlegat. Nam de Theologo laxior mihi cura, cui paginas noſtras exeſſe jubeo, ni Priſciani ferulā malit: cui linguā formare non animū, & ad ipſa ſacra viā

re eloquentiæ gradu, peculium eſt. Itaq; nil hic alieni termini, commiſtum; proprio nos limite continemus. Minori fortaſſis laude, ſed emolumento tamen ſuo probandum. De poeta porro iſto & hiſtorico bona verba; niſi vel epigramma aut fabulam debeam. Nam & illi ſomniaſſe in bicipiti Parnaſſo; & huic ſomnia extollere magna laus eſt. Vera vobis debemus (ut intactos probos relinquamus) nec uſu in humanis veſtro vos defraudamus. At ſi ſciatis non cuivis adire Corinthum licet, aut nobis æquum qui abſterſiſſe tantum maculas otii voluimus hac epiſtolarum ſitula. Itaque qui ſeria hæc â me flagitat, tantundem facit, ac ſi quis apud poetam hunc, veritatem, apud hiſtoricum illum candorem quærat: quibus uterque ut plurimum excuſſi. Nã & ille mendacia dicere, & vera mendaciter: hic in hanc aut illam partem animo factioſus inclinare conſuevit. Sed non hæc ad me vitia derivo, ut me velem aut purgem. Quin laruam tollo; & nec poetæ nec hiſtorici titulo jacto, nec perſonam ſuſtineo. Abſtinui etiam ſerio, vel ubi ſeſe occaſio ingerebat; ut ingerere abunde illis ſolet, qui nullam non laudis meſſem demetere optant. Nos vero noſtra ſimplicitas impræſentiarum trahit: atque ex una re vel laus vel vituperium, vel neutrum.

Nam

Nam & unus ſæpe lector ſufficit vel nullus. Dum nobis ſcripti noſtri ratio conſtet: quæ laudabili hoc otio, ſevera ſæpe ſtudia interſtinguere voluit. Sed quo longius feror, eo propiori limite domi ſiſtor. Ad Peripateticum illum eo: qui Ciceronis ſibi nomen, neſcio an in familiam aſcitus, arrogavit. Hic ſibi viſus, omne tuliſſe punctum: nec ut cæteri circa ſandalium oberrare. Andromedam certe noſtram tetigit, & de ſtilo dicam dixit. Res difficillima, & in qua omnib. ſatisfacere paucis cōceſſum, *cum ſola æſtimetur*. Nam in cæteris novitas ipſa rei lectorem intentum habet; utilitas curioſum & avidum. Itaque fructus ſibi quiſque carpit, foliorum nullo delectu habito. Quæ ipſa ſæpe manu calida defrondant, quod inumbrare inhiantibus ſoleant. In noſtris autem annon nudæ verborum cortices, ſine rei alicuius fartu, aut medulla? *Quo fit ut otioſus ſecuruſq; lector in his tantum vacet*, hoc eſt elocutionem examinet, in qua quot capita, tot ſenſus, quot ſenſus tot linguæ. *Quarum impetus anguſtiſsimo gyro reſtringere*, tantidem eſt ac ſi mare in vaſculum colligas. Hinc tot *fandi rota*, aut eloquendi formæ; & ut ſimiles forte reperias, pares nunquam. Quid miri ergo ſi probare illi lacunas noſtras nequeam; qui ex

fonte illo Eloquentiæ Cicerone ; ſtili campum irriguum habeat. Nam

Virtute formæ, id evenit, ut te deceat, quicquid habeas.

Nobis non tam licet eſſe beatis, ut titulo illo gloriemur. Quod naſutiori vel audaculum videatur, & ferula dignum: ſi ſqualido & indiſerto ſermone tanti præceptoris laudes conculcet. Quod hodie nimis quam frequens. Nam ad hunc fontem quot ranæ aquatum eunt! quot ſtagna uliginoſa fœtida ex limpida illa profluente derivantur! Omnibus tamen Cicero agmen ducit: infelix Centurio, qui tot lixas primipilanos habet. At Ciceronianis per me eſſe licet: nec enim hanc hederam illis invidemus, ſi vini veteris & edentuli apud eos copia. At vappam quavis nautea viliorem condunt. Proferte lagenas: hem nectar cujus odos

Demiſſis pedibus in cœlum volat
Eum in odorem cœnat Iuppiter cotidie.

Nec tamen ſalſe hoc dictum; quin rationes ex ipſa vindemia in magnam meſſem ratas dabo. Tibi inquam dico, quo ſacramento ſtipendia meres? Ut longas, inquit, ſeſquipedales, & quas uno ſpiritu non abſolvas, periodos conferruminem. Ita me Muſæ ament, ut Ciceronianus es, nec te vitia pulmonis agitant. Nos

aſthma-

aſthmatici ſumus, & per anguſtum trahimus breves ſuſpiritus. Quid tu ergo, malum mihi aut morbum aut naturam ſugillas, quam ne furca quidem expellas? Et ad tuas nos trahis ipſe partium transfuga? non enim ita Cicero præcedit aut præcipit. Sed nativam illam eloquentiam ſtilo plano & enodi teſtatur; non alia ſuper alia phantaſmata congerit, atq; uno velut roborario claudit. Sed de laudibus illius premo; & ad Rhetoricam te ablego, purum et putē Ciceronis exemplar. Hinc feras quod animo tuo ſat erit, ut adoptivus Peripateticus celebreris. Sed tam peccat, inquies, qui parcit quam qui profundit. Atque hoc fortaſſis copiæ ſignum, illud penuriæ. Sed notam hanc deleo, quod ut ille inquit, *preſſus puruſq; ſermo ex epiſtolis petatur*: & Ciceronis ad Atticum tales. Obſcuritas quandoque ultro accerſitur; ut inumbremus ſecreta noſtra; vel prudentiæ alterius reſervemus. Multa enim indicio ſolo clara, apud eos quibuſcū ſermo: ut Hieroglyphica quandoque ſatis ſint. Brevitatem porro aliorū ſæpe occupationibus metimur: ne quas amoris cauſa ſcribimus damni culpam auferant. Quæ obſervata mihi in hiſce ſchedulis teſtamur: ut ſæpe ab omnibus, quandoq; ab uno, identidem à nullo intelligamur. Quo factum ut verbis abſtruſioribus, an-

tiquis & deviis pluries utamur. Quod ſi abuti interpretationi propius ſit; per me quidem licet dummodo in hunc finem. At in ſeriis, alia ſeries nos monet; de quibus ſcribimus ut intelligamur. Cavendum ergo, ne vel brevitate vel prolixitate obſcuritatem inducamus. Nam & verborum macie aufertur ſenſus, adipe obruitur. Sed periodorum hic nullum vitium. nam longis pauca, & brevibus multa decurri poſſunt. Sed & longis multa & brevibus pauca. Quod in ſani cujuſque judicii adminiculo conſtat; & rei jam præparatæ & diſpoſitæ intelligentia. *Verba enim facile ſuccedunt, imo præcedunt quandoq; mentem.* Itaque ſive Ciceronem exprimas, ſive Saluſtium æques, ſive alium aut teipſum ſequaris, cavendum ne materiam obnubiles, & obſcuritate lectorem deterreas. Addita tamen & hac Plinii cautela, qui auribus amicorum quid dandum aſſeverat. *Quoties enim* inquit, *faſtidium legentium deliciasq; reſpicio, intelligo nobis commendationem ex ipſa libri mediocritate petendam.* Sed nec ſemper elata & excelſa affectanda; Nam ut in pictura lumen umbra commendat, ita orationem ſubmittere & attollere decet. Itaque ad actionem maxima Ciceronis laus: in cæteris preſſior modus placet. Quæ tamen utraque certa quaſi fermentationis lege, ut medici ſolent.

lent, miſcere quandoque vtilitatem habet. Ciceroniano itaque iſti ſi non ſatisfactum ſaltem ex parte debiti mei culpam imminui. Viro autem cordato & eloquentiæ veræ candidato cauſam meam probavi. Nam ille, *vox eſt prætere a nihil.* Sed & hunc placari æquum eſt, qui me confodit, quod duplicem ſtilum noſtrum ſe inveniſſe credat. Quid ſi vel triplicem vel quadruplicem; aut in tot formas ſeſe induat, quot olim Proteus? an ideo morte piandus? profecto ne culpandus quidem. Nam ut materieï diverſitas, ita varietatis ratio ſtilo noſtro conſtet. At judicii hoc vacillantis ſignum, inquiet. Ego certe ingenii arbitror per tot ſpecies omnibus ſeſe commendare. Nam cœnam ſi multis faciam, dulcibus acria miſcerem, amare ſalſis; ut hâc conditura omnibus tanquam uni ſatisfaciam. Nec enim propterea culpandus ſi hunc cibum tuus ſtomachus recuſet: *nec illi adimit gratiam qui fruitur.* Itaque dum cuique quo ſe ſatiet adſit, tota cœna laudatur. Non abſimile in ſtilo: varius, variorum judicia tanquam conditura placat. Uniformis ſi laudem attingit, ea ſimplex, & unius palati guſtu prolata. Quanto ſecurius omnibus ſcribere ut uni ſatisfacias, quam uni ut omnibus! quod difficillimum & periculi plenum. Si ergo finis gratia eſt, à nota tua ab-

ſum; ſi & materiæ culpâ vaco. Quid ſi & autoris; nam ſi varii motus animi, varius corporis ſtatus hominem agitant, cur non cum languente langueat cum irato excandeſcat, cum jucundo hilareſcat ſtilus noſter? ut rectius epiſtolas, quam *teſtamenta hominum ſpecula eſſe morum*, dixeris. adeo tanquam in claro ſole in illis elucet naturæ cujuſque genius & idioſyncraſia. Sed & ab ætate diſcrimen notatur. *Multum enim in commutandis hominum moribus medius annus valet, in principum plus,* inquit Panegyrici auctor. Hinc pari modo & ſtilus pellem exuit, & à veteri ſæpius declinat aut aſcendit: prout mores & affectus variant, & diligentiæ in ſtudiis vices ſunt. Nil ergo miri, ſi quædam tanquam ſubrumæ noſtræ epiſtolæ; quædam mutato ex parte genio & diligentiâ, tanquam lactis immemores, pro victu ſcrupoſam viam commeant. Quanquam quid adeo ab illo Hectore mutatæ. Si vocabula antiqua alibi ſtudio interſita auferantur, annon idem illis character, eodem tenore procedens oratio? at durior fortaſſis hoc nomine, quod elaboratior. Non nego calcaria nobis addita, poſtquam ex tam longinqua peregrinatione reverſi. In qua naufragium feciſſe Muſas noſtras, doleo: culpâ nonnullâ meâ, ſed & aliorum pertinaciâ. Revocare ergo temporis amiſſi

amiſſi damna, diligentiæ fœnore æquum fuit: ut pari greſſu cum illis incederem, quibus felix ævum, & tenor ſtudii non interruptus, cælitus datum fuit. Quid autem promoverim, lucubrationes noſtræ indicio ſunt: ſed & hæ quas damus, literæ. Quæ etſi minus cum labore ſcriptæ ſunt, laborem tamen antegreſſum oſtendunt; & lucrati temporis compendia. Sed nec hanc adeo anxietatis maculam deleo; quando nobis cum cura ſint literæ noſtræ. Et ſi aliter prodeunt quam expectantur, non in nobis culpa, ſed Deo; qui ſuum cuique modulum largitur. Solatio tamen eſt, quod uſus optimus dicendi magiſter; *quodq; multi parvo ingenio, literis nullis, ut bene dicerent dicendo ſint conſequuti.* Sed nec voluntas, inclinatio, ſtudium nos deſerunt; quibus me, ſi non aliis, probare nitor. ſed ita natura comparatum eſt, ut ea quæ ſcripſimus cum labore, etiam cum labore legi putemus. Quo omine monitus; in poſterum forte *maculam hanc veteris induſtriæ, laudabili otio abluere pergam.* Itaque quod de diverſitate ſtili objiciunt, infirmis rationibus fluctuat; nec quicquam facit, quin varietate etiam evicta laudes vel nolentes largiantur. ut enim *officinas promercalium veſtium qui exercet* (Quod Q. Rhemnium Palæmonem grammaticum factitaſſe, ferunt)

ferunt) variorum generum ſpecimina conquirit undique

Tunciam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſiſeum

Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam

Supparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum aut exoticum.

Cumatile, aut plumatile, cerinum aut melinum.

Ita nos variâ ſtili forma & diſcrepante tam diverſis deſideriis ſæpe reſpondemus: *Et ipſa varietate tentamus, ut alia aliis quædam fortaſsu omnibus placeant.* Qua de cauſa in unam velut thecam literas congeſſimus, ut præferentia ſua cuiq; & optio in promtu ſit. Neq; veremur ut bonis gratia pereat, ſi paria feceris. Nam bonorum collationes, ſuis ſpeciebus minus tetricæ. Atque ab ipſis malis provenit ut continua eorum copia minus ſatiet. Itaque quæ in diverſa diſperſæ erant, eas in unum contuli. Ordine tamen minus ordinato: quo nomine colaphum etiam debui naſutulo. Sed cum Plinio me excuſo, *quod non componebam hiſtoriam, ſed ut quæq; in manus venerat*; imo in mentem. nam memoria mihi collectæ pæne omnes. Quod poſt meum in Italiam abitum, ſchedulæ noſtræ interierint; atque inter has, non pauca aut vilia epiſtolarum exempla. Venia ergo danda diſpoſitioni, ſicubi tempori non reſpondeat

deat. Nam memoriâ tam minuta aſſequi, aut recordari infinitum fuit: atque illis facile ad quos ſcriptæ. niſi forte ſiluros obtegant: aut ſint

Annales Voluſi cacata charta.

Sed quid adeo opus tàm compoſito calculo? cum non ob hoc edantur, ut ſciamus ad quem ſcriptæ aut quando ſcriptæ: ſed quod de præſenti eſt, ut ſudores noſtros publico donemus, & diligentiam perſuadeamus. Satisfecimus tamen in hoc; & veritati proxime nos junximus in computo: etſi ordine ſæpe deſeramur. in quo aſſeveramus, ſine ſpretu cujuſquam hoc factum. Nec quod ille poſtremas habet, ideo pediſſequio obnoxius. Aut quod frontem hic occupat, ideo primipilanus ſemper aut Rex. *ſodalitas* inquit ille, *pares omnes accipit aut facit.* etſi reverentia multis ob ætatem, ob eruditionem cultus debeatur; ea tamen animo incluſa, licet calamo non expreſſa. Quare & apparatum illum titulorum ſprevimus. qui multis titillans ſæpe, etſi vel ficto colore imbutus. Ego vero ſcio, exiguum præmium eſſe ſapienti dicere laudes. Atque in os laudare inquit ille, eſt vituperare. Quid? quod Eraſmus inter Mortæ peculia numerat? ſi qui per hoc ſtudia mutua commendare conentur. Abſtinui itaque ſpatioſis illis, & ampul-

ampullatis inſcriptionibus, ne mihi occinatur.

Ibi tu videas literatas fictiles epiſtolas.

Pice ſignatas nomina inſunt cubitum longis literis.

Brevibus ſum uſus, prout perſonæ dignitas, eruditio, aut amor requirebat. Omiſſæ autem quandoque; ne crambem bis coctam inculcarem, ſi ſemel eſſent datæ. Atque hæc pluribus ideo; quia vitio mihi verſa ſimplex illa congratulandi familiaritas, in quibusdam epiſtolis. Tu judicio tuo lector, notam hanc examina, aut ventilabro jam dictorum excute: & excuſationis partem promte mihi concedes;reliquum in occaſionem reſervaturus. Nā(ut in proverbio eſt)*ubi uber ibi tuber*,ita *adhuc nemo exſtitit cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur.* De me exemplum dabo. Ille ego in titulis parcus antea, idē nūc profundere & nolentibus etiam impertiri dicor. Quo hoc, inquies, nuncio? nec albo nec atro. Et ex iis eſt, qui allium eructant & peccata digitis metiuntur. Nec mirum, ſi ad perticam ſuam aut contum, noſtra exploret. At cum fumoſus totus & fuligine obſitus ſit,pro monſtro eſt, ſi fumoſas imagines contemnat, & prælatos aliis faſces. Nomina, inquit, quorundam vulgas; quibus ignobile ævum carius eſt, & limini affixa gloria. Atque *is pri-*

mus

mus bolus eſt. Ego capital inquam, prævertis, vitæ noſtræ columen. Nam *invitum qui ſervat, idem facit occidenti*: ita qui laudat. At tu deſigna tantæ triſtitiæ virum, & tam à ſtoica porticu. Ibi ille limacem non hominem tanquam radio deſcribit: & aliquem ex iis qui domum & peculia in tergo geſtant. ut non mirum, ſi paleſcere, & in theatrum orbis, ut cum Plauto loquar, *exædificari* nolit. Vin ſemel dicam, qualis? *nec ſans nec inſans.* literis non honeſtus ſed onuſtus, ut ſolent quibus theca libraria vel tripondia mille pendet. Cui æque illud convenit

Librorum eccillum habeo plenum Soracum
Si hoc accuraſsis lepide, cui rei operam damus,
Dabuntur dotis tibi inde ſexcenti logi
Atq; Attici omnes, nullum Siculum acceperis.
Cum hac dote poteris vel mendico nubere.

Itaque ut animo penſitavi, pedibus inquam, in ſententiam tuam eo. vir enim ille propria laude beatus; nec tuba nec titulo alieno aut precario eget, Propria ergo quadra vivat: & cum dicto, eum ſymbolo noſtro devolvo: vel ſi plures etiam indigitamentis tuis inerrant, una eos fidelia dealbabo. ſilet; ſed ut vultum contueor magnam etiam meſſem hariolor. Quorum tamen illi non æqua fuit miſeratio, aut famæ jactura cordi, Nam hi ex

morum

morum ſimilitudine tanquam ex eodem ovo prognati, Caſtor & Pollux. Itaque diſceſſit: quem pluribus non ſum proſecutus, quod & hunc procul ab aſtu animadverterem. ibi in mentem mihi venit non indignum hoc ſeculo eſſe, quod ille ait.

Poſtquam deſiimus facere laudanda, laudari quoq; ineptum putamus.

at laudari à laudatis laudabile eſt. Sed nec deteritur præconium ex viliori cimbalo aut crotalo prolatum. Ego vero pithecium & ſpinturnicium,ad cujus laudes & titulos ſeſe claudunt viri tales. Atque exin calculus mihi quanti peculia noſtra domi veneant, quæ foris gratuita & dataria ſordent. Cautelam ergo hanc ad titulos adhibui. Quoſdam ſuppreſſi & *Maiam ſubſtitui.* Suppreſſi autem ne ſuo ſibi præconio offenderentur, placerent nimis. Nam & hoc genus alibi uſitatum, quibus fronti ſtigma inuſtum decentius, quam ut laudis iter cum cordatis pari paſſu inſiſtant.Quibuſdam tamen etiam,tanquam Deo incognito, ara data. Quod ſine ulla fraude, aut mala malitia, liberius eos & magis domeſtice compellarim. Ignoſcant hanc præſentiam: & ſi pœnas debeo, paria faciant; ſed eodem animi candore. Nam offendere quemquam non eſt mei genii. Et ſi convitio-

convitiorum plauſtra quidam epiſtolas meas indigetarit: nec ad prælum, ſed prælium eas deſtinari. Quod quæſo videant, *quibus curæ, ne quid reſpublica detrimenti capiat*. Nulla enim hic taratantara; bona verba ubique & amicabilia, vel ipſis Saturnalibus commoda; innuba tamen. At multa in illis inquit, quæ in ſiniſtrum trahas. Talia in omnium ſcriptis, & vel ſacris. Sed illi culpandi, qui trahunt; nec ſuo quidque genio explorant. Araneæ nempe, quæ ex ipſis favis venenum condunt. At expreſſa inquies, nullam ſiniſtrè interpretandi cauſam habent. Fateor quædam ineſſe ſed non eos tangunt quibus expreſſa; quos vinculum amoris & neceſſitudinis mihi à multo ævo nectit. Et quam pauca quam mitia in tot petulcos, protervos, & famæ prædones. ſed corrigere eos vel tacendo melius erat. Fateor; ſtricturas tamen has ferant, quos ſacer ille & fatalis ignis expectat, aut candens Phalaridis taurus. Solatio ſic ſæpe, in ſinu amici depoſitæ querelæ & næniæ. Quibus tamen in poſterum ſilentium indixi; neque amplius ex lege talionis ago. Hoc interim annexum volo, ut quiſquis es lector, ſeriò judices, quid te quid me deceat: nec tibi vel mihi quid adfingas, ſiniſtra interpretandi cura. Quod fiet, ſi haſtas noſtras amentatas, noſtris viribus &

lacertis torqueas. Hoc eſt, ab animo noſtro cenſurā capias: qui æquus omnibus,& vel iniquis. ſi calamus liberalior, ex lege dicta venia etiam danda. Linguam certe, ſi quando votis meis præcurrat, comprimendam cenſeo: in noxam inquam, aliorum. Nam ut luſibus arceam, vel ſeverus nemo flagitet. Condimentum enim illi ſtudiorum noſtrorum. Si ne hoc quidem publici juris, aut libertatis: abſtinebimus etiam, & ad rugas & frontem caperatam nos transferemus. Ne cum malo noſtro crabrones irritemus. Quod ſi herbam porrigenti, non tamen induciæ, ſciant hanc legem fixam, iiſdem me armis velitem agere: & honeſta vulnera expectare, non à tergo.

Itaq; replebo atritate atriores multo ut ſient
Quam Ægyptij, aut qui cortinam ludis per circum
ferunt.

Sed beata pax vovenda potius, aut à Saturno ævum: & in montem Albanum redeundum, ut *Latinas ferias* inſtaurem: non pro gentis orbis dominæ, ſed linguæ ſalute. Pro Plauto inquam, mihi ſumenda arma; imo pro me ipſo qui familiarius illo utar, ut quidam ait. vitium non leve: quod oſtentationem vanam; & obſcuritatem habeat. Ego vero ſerio impactam hanc culpam vellem; & gratias & jam pro judicio deberem. Nam Plautina

amo

amo ſemper, quandoque iis utor: prout occaſio & ſeries tractandi monet. At ubivis ea inculcare, quis evincat? Et ſi hoc fiat, quis me vitu implebit? Cum genuina iſta phraſis ſit, & proprietas tam culta, ut uni Plauto gloria hæc a Lipſio cedatur. *Plautum enim, inquit, hic ſolum intelligo, & præpono (nec impono: quia ex animo ita ſentio) omnibus qui in Latio aut Græcia chartaceum hoc æquor imbuerunt.* Et Jul. Scal. in hypercritico. *Nam ſane dictionis genus non eſt noſtrum emendare, qui illi Barbari ſumus, aut ſi latini, latini profecto illius beneficio.* Quid? quod & vulgo decantatum; *Si Muſæ latinè loquerentur, Plautino ſermone loquerentur.* Flores ergo, flores habet, ſi quis hæc in ſua ſcripta transferat, & quo crebriora, eo minus à trivio haberi denotatur. Judicio tamen opus & ſelectione: ne obſoleta illa ingeminemus cum aurium tædio. Qualia multa in Plauto; & ſtudio ſæpe ficta. Attamen ſi joci res eſt, cur non ad ea liber aditus? ſi obfuſcare mentem noſtram volumus, cur non & neceſſarius? at omnia Plauti talia proclamare quam culinarium eſt! nitidè ille multa, decenter, & ornate diſſerit. Taceo de moribus, quos vel ex ſolo informare poſſis. Adeo omnium habitudines in ſcenā profert. Hinc & diverſa ſæpe loquendi

forma: ut ſervi quandoque ſuam, heri ſuam agnoſcant. In quo judicio opus, ne naturas confundamus, aut ex natali ſolo alienemus. At ſcio quid velint: Plautina hodie multa audiunt, quæ non audita multis vel non viſa. Quare prudenter Lipſius antiqua diſtinguit, *opinione & natura.* Hæc latinitatis ſtudioſo cognita: illa ignavo cuique talia viſa; quia non lecta vel neglecta. Quantum ad vera illa: cautione opus, ne ijs in ſerijs utamur. Cætera quæ latinitatis medullam habent, à ſolo pæne Plauto petenda: & quamvis materiam ſulcipias ſemper uſui & ornamento futura. Atque hæc ſæpe in mea transfero. Sed & illa quandoque, vel joci vel alterius cauſa. Quem ſcopum qui in noſtris collimat, à culpa nos volens propitius purgabit. Quod à prudenti factum iri ſperamus; quique in veterum ſcriptis utilem non ſuperficiariam operam navavit. Nam ut Locutuleio mea approbem non eſt animus: qui Plautum vix fando novit, vix oculis vidit. Huic omne vocabulum ſtatim Plautinum, quod illi ignotum; & quod conſequens, ex uno ſæpè antiquario omnia talia proclamat: Prout una hirundo ver facit. miſer, qui ſtuporem & frigus ingenij judicium adfert; & ignorantiam ſuam noſtrum effutit.

Scilicet ſententia tibi alibi minus ex ſententia, ad cujus mentem non aſcendis, hanc caliginem nobis offundis? tibi potius noctuæ oppedunt, & aciem illam veſpertiliones commingunt. Seriò dicam; malè Cuninæ litaſti infans: redi ad tegetes & faſcias conſoritas. Nulla hic Levana tibi, nulla obſtetrix. Neque amplius puerilitatem Priſcianus fert, cum ferulæ illi deficiant. Quod & illi dictum, qui verborum figmentis nos ludere oggannit, ſi quid ei inviſum aut inauditum. Hem quæ viciſſitudo! veterator ego antea ecce jam novator. Quâ culpâ? eâdem quâ antea; dementis ſcilicet mentis, quam ad ſcripta noſtra adfert novus iſte cenſor. fictitia vocabula, inquit, habes, quorum auctoritas tibi nuſquam in promtu. Ubi ea aut quo in loco? neſcio, niſi quod plurima non intelligo. Profectò ſerio hæc nova, tam obſoleto & fatuo judicio. Sed excute ſitum, aut veternum, & hæc audi. Fingere me vocabula non hoc fictum, ſed mendacium eſt. Nuſquam enim à me hoc factum; neque fieri æquum cenſeo, terminis latinitatis jam completis, & à Limentino Deo obſeſſis. Si ex analogia quid protuli, ex Jul. Scalig. excuſationẽ pete; qui licere decore diſputat. exempla tibi à veteri & novo hoc ævo, ſi opus vel horreis congeram. Sed labori parco apud

tam batavam aurem. Paucis tamen cape; analogia quandoque utor, tropis & figuris ſæpius; atque ad præcepta Rhetorum, non cum venia tantum ſed etiam cum laude. Si fictum quid excidit, id á joco excuſationem vel expreſſam vel ſubintellectam habet. Apud candidos ſine licentiæ culpa hæc ſunt; qui ad mentem ſcribentis verba metiuntur. Ubi ſerio res agitur, diſquire nuſquam nec antiquo nec novo vocabulo locum reperies. Puritas nobis quantum poteſt, præ oculis. Etſi ſæpe in epiſtolis ab ea declinavimus. Sed cauſam ſuperiora dabunt. Puritas, inquam, ut uſitatis utamur; non diſtortis à vulgo, aut figura aut tropo obnubilatis. Quod vitium apud multos non inſolens. A quo cavemus exemplo Marci Pomponii Marcelli: qui à Suetonio *latini ſermonis exactor modeſtiſsimus* vocatur. Neque Tiberio ipſi peccatum hoc conceſſit. *Hic enim* (verba Suetonii ſunt De Illuſtr. grammaticis) *cum ex oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmante Atteio Capitone & eſſe illud latinum, & ſi non eſſet futurum certe, jam inde mentitur, inquit, Capito, tu enim Cæſar civitatem dare potes hominibus, verba non potes.* Novitatis ergo cauſam habes, & præcipue antiquatis. Brevem, ſed quæ candido ſatis ad culpam deprecandam. Qui utinam ubique nobis contingat!

gat! non temere aut in contemtum aliorum antiquatis iſtis uti pronunciabor. Quod eo dico, quia laudes ex Plautinâ ſitula nos effudiſſe quidam divulgavit: atque eas, ad virum magnum commentitias. Cujus vel aſpectus reverentiam incutiat, nedum immenſa illa & prope divina eruditio. Quod an ſine cauſſa faciendum, ille judicet, cui rei literariæ progreſſus cordi. Ego certe non temere viris magnis inſultandum puto: tum autem minꝰ, cum ad amicitiam iter ſternitur; quod infauſtis & quaſi fulguritis literis olim ſum conatꝰ. Sed ad melius me, vel fortuna vel fatum ſervavit: ut nempe coram innoteſcerem cum ſummo meo in ſtudiis emolumento. Nam ſi Capitoni magnum ad virtutes calcar defunctorum imagines; quanto utilius nobis ex ipſo velut archetypo & vivo exemplari oculis ſimul & auribus diſcere? Sed & rivos ducere abſentibus ex tam benigno fonte. *Nam etſi*, ut ille inquit, *legendi ſemper occaſio, audiendi tamen non ſemper*! At quanto fructuoſius ea legere, quæ coram audieris Ut maximo meo commodo & felici quaſi aſtro datum ſit, illuſtriſſimum Joſephum Scaligerum maturi ſenii virum amplecti & venerari. Cujus laudes deſcribere ad alios pertinet; ne mea inopia deterantur, aut obſoleſcant.

Quod ſublimi tuba factitatum non ignoramus. Nec enim illius operibus obeſt quod vivit. *quin & poſteritati ſuæ intereſt, & gloriæ ſupervivit.* Quanti ergo faciendum, coram eſſe & ab ore illius pendere; cujus poſt mortem imaginem ad ultimum terrarum orbem ſequeremur. Nam ſi vidiſſe Livium, Gaditano illi, maximi itineris ſolatium fuit; nobis ſane non vidiſſe tantum, ſed colloqui, & arcana multa ex uberi illo penu haurire, hoc viarum compendio ſummæ felicitatis eſt. Quare & literarum noſtrarum naufragium ſecurius fero; quod eas iterare nulla nos verecundia deterreat; tam humaniter ab eo coram excepti. Tantus benignitatis, prudentiæ, doctrinæ, in eo cumulus; ut vel adverſarios in admirationem rapiat. Non mirum ergo ſi calore quodam animi, ad laudes illius tam acriter accendebar, Seriò tamen: ne palpo quaſi, tanti viri amicitiam demereri, aut malignitatem invidiæ, hoc humanitatis velo obnubilare voluiſſe credat. Quod ſi modum etiam in ijs à judicio meo flagitet; *non tantum agnoſcam crimen ſed & amplectar. Quid enim benignitatis menda* apud probos *honeſtius?* Quanquam quis æquare verbis viri divini laudes queat? quo vix fuit vel eſt, vel erit majus eruditionis exemplar. Fateor alios ingenij acie, magis has dotes penetrare:

netrare: mihi tamen felix hic error; atq; alijs invidendus. ut enim non aſcendat ad noſtri præconij apicem, *ego tamen beatus, quod mihi videatur.* Igitur ad alios conferat ſiniſtram hanc diligentiam, aut examinandi judicia aut epiſtolas taxandi. Quæ quovis modo ſcriptæ, dum candore comite veniant ſemper acceptæ. Interpretandi enim æquitas neſcio ubi magis, quam apud eruditos uſitata. Sed calumniarum metam video. In qua laborum etiam ſuæ moleſtiæ. Spes tamen tam vicinæ quietis, ſolatur. Nec enim cum levis armaturæ milite conſerendum, ſed qui rem noſtram ad Triarios redigit. Itaque ut in ægris, quibus cum morte conflictus, magna ſæpe cruciamina motuum diverſitas explicat. Quia verò abſoluti penſi hora adeſt, aſſiſtentes ſæpe & ægri levantur. Ita nos, catapultas omnes & arietes præſentis palmæ ſolatio acrius avertimus. Quanti autem momenti hoſtis, hinc liquet, quod non crepidam ſed ipſum Apellem invadat. Nam alij materiam ſtili inquirebant; alij formam dolabant. Sed & cauſam ſcribendi pedibus quidam trahebant, nonnulli etiam de fine ſolliciti gloriæ ambitum obijciebant. At cum conculcare omnes ſtuduerint, nemo lacertis robuſtioribus hoc tentavit, quam hic. In autorem enim ipſum machinas torſit. Ju-

dicio, inquit laboras, quod gloriam ex ſcriptis captas; quæ maculas vitæ tuæ exponunt. Recitare vero ea, aut legenda dare, eodem loco eſt, ac ſi

Vna opera ebur atramento candefacere poſtules,
——— Sat eſt iſtuc alios dicere nobis
Ne noſmet noſtra etiam vitia loquamur.

Certe quaſſa non leviter mænia noſtra, hoc pedatu. Solatio tamen, quod à totis nil ablatum. Nam recitaſſe me ea quandoque, non nego. Sed ad exemplum, & monita ſummorum. Lipſius Centur. 2. ad Belgas, epiſt. 48, recitationes veterum deſcribens pro voto ſuo revocatas optat. Et cauſas addit: *Certo* enim inquit, *ſi quis mos hodie utilis in hac copia ſcribentium aut ſcripturientiam, ille ſit, vel ſiſtendis quibuſdā ingenijs vel dirigendis.* & paulò poſt, *habes quæ de more hoc præcipua occurrerunt, ſatis ad eum noſcendum, quid juvabit? utinam ad reducendum! nam mihi crede, hoc noſtro ævo (iterum dico) utile, cum Typographia ſtatim nos protrahit & diffundit, nec vel locum pænitentiæ aut emendationi relinquit.* Sed cum duplex recitatio, publica & privata; ad hanc me reſtrinxi, contentus paucorum & ſaniorum judicio. Etſi voces etiam balatronum audiſſe utile fuerit. Atque hoc Pliniano inſtinctu, qui ſuadet, *ut ſani advocent & advocentur.* Sed & exemplo (ut & hoc ſtabiliam) quod

ex

ex ipſius verbis cognoſcas licet. *nullum*, inquit, *emendandi genus omitto, ac primum quæ ſcripſi mecum ipſe pertracto, deinde duobus aut tribus lego, mox aliis trado adnotanda, notaſq; eorum ſi dubito, cum uno rurſus aut altero penſito, noviſsime pluribus recito.* Quod quia Plinio à Vitilitigatoribus crimini dabatur, exemplo veterum oratorum ſe tutatus eſt. ait enim, *Sed ego verear, ne me non ſatis deceat, decuit M. Tullium, C. Calvum, Aſinium Pollionem*, & plures quos ibi recenſet. Alibi diſtinctius, etiam ab Hiſtoricis & Poetis veniam captat. Nam *à quibus*, inquit, *libenter requiſierim, cur concedant, ſi concedunt tamen, hiſtoriam debere recitari, quæ non oſtentationi ſed fidei veritatiq; componitur. cur tragœdiam quæ non auditorium ſed ſcenam & actores, cur lyrica quæ non lectorem ſed chorum & lyram poſcunt? At horum recitatio uſu jam recepta eſt. Non ergo culpandus ego, ſed ille qui cœpit.* Quo gradu ad recitandi occaſiones iuerim, hic vides. Quamquam rarius eæ mihi captatæ; ut maluerim commodiori judicio legenda offerre. Audienti enim aucupii non tanta facilitas: legenti iteratio etiam conceſſa. Unde fit ut fallendi pereat lubricitas: & ſi quæ elabantur ſemel, deinde deprehenſa oculato teneantur. Neq; ſine lucro hæc tentata. Addidi enim plurima, non pauca expunxi;

punxi: quæ quidem non poſterius dicta privatim, publicè fortè culpam habuiſſent. Ignoſcant ergo verſipelli, ut ita dicam, ſi qui alibi mutatam rerum faciem reperient. Nam verbis nil appendicis à nobis datum: ſed nec novacula admiſſa. Nam anxie ea metiri, non adeò nos naſutuli; cum ſæpè vel nolenti ſeſe ingerant, veſte ſic ſatis decora. Neque pluribus culpam hanc vel recitandi vel ſcripto ad lectionem offerendi deprecamur. Cum, ut dixi, Lipſius ſuadeat, Plinius & ante eum Cicero hoc factitarint. *Quorum non ſeria modo, verum etiā luſus exprimere laudabile eſt*: Cenſus tamē alterius me experior. Illos eloquentiæ & doctrinæ ſuæ gloria ſecuros facere potuit. Proprio judicio elaborata omnia dare illis conceſſum. *mihi modeſtior conſtantia, quam ut ſatis abſolutum putem, quod à me probetur*. Sæpe ergo in conſilium adſumo familiares. Illis vel recito vel legendum offero, quod omnibus probare volo. Itaque acrius reverentia illorum attendo. Et ſicubi langueam in ſcriptis, monitus vires intendo. & ex diverſitate ſententiarum unam ſæpe probam, & vel plures derivamus. At tu recitandi finem gloriam arbitraris? Non nego ne hanc quidem averſari me. ubi tamen deficior, vel ferula pro gloria eſt. Tot enim præceptorum ſtudijs doctior abeo. *Paucis tamen*

men recitavi, ſi univerſitatem conſideres. Sed paucorum hanc ſeveritatem omnium ſententiam futuram arbitror. Neque falli me hac ſpe pudet. At ſcripta inquis verbis hoc modo phaleras. Tibi ſcarabæo fortaſſis, ita viſum. Mihi vel ætas linguæ meæ modum præſcribit. Ego verò ſimpliciter hæc lego, quia ſcripſi & ſcribo ut legantur. Neque quicquam præſentia noſtra laudis arrogat; niſi ut ſtudium etiam confirmet. *Sed & judicium ſæpe ab humanitate diſcernit, Nam*, ut inquit ille, *vel ex vultu, oculis, nutu, manuum motu, murmure, ſilentio quid quiſque ſentiat perſpicitur.* Ita etiam cum nil dicunt, ſæpè noſtra emendantur. Sed ut breviter dicam, *oportet omnia ad alienum arbitrium aut ad ſuum facere*, ut ille ajebat. Atqui domeſticorum ſæpe inopia; hinc mutua à vicinis cõſilia auxilio ſunt. Etſi autem damnantia plura expertus hactenus, conſtanter tamen perrexi: *atque ut in veteri morbo quævis mutationis auxilia tentavi.* Fiducia tamen mei nullà, ſed calculo proborum: quorum etſi minor numerus, major tamen efficacia. Itaque quod paucis antea, nunc omnibus damus: & judiciorum publicam hanc aleam, ut privatam ſubimus. Sed nec de ſcriptis tantum, ſed quod tanto ſtrepitu infert nec de factis cenſuram metuo. Nullius enim mihi conſcius ſum, quod me pudeat. vel pro

noſtris

roſtris dixiſſe. Libertate ſcholaſticâ uſi ſumus; quandoque & licentiâ. Hæc audiant, qui quotidie triumphum canunt dum ad hæc incunabula deſcendunt. Non tamen patrocinari puerilitati volumus. Abiiciantur inquam ſerperaſtra, ſponte ambulemus; & antegreſſi temporis lapſus, ſcipione pedum & robore corrigamus. Attamen, quid adeo Cato ille in mores meos ſævit? Si teſtimonio duplici, non hi tantum, ſed & ſtudia approbata. nequam eſt qui Patavinæ academiæ fidem furcillat. Sed viſne particulatim etiam ſatisfiat? ecce tot lumina epiſtolarum à magnis viris. Inſpice, ſi modo præ fumo potes. annon ſtudia iſte, invitâ meâ verecundiâ commendat? ille, mores ad ſeveritatis rormam laudat? At qui fuerunt non ſunt amplius inquies, *poſtquam in communem locum abierunt*. Quin vivam ergo vocem da cujus teſtimonium te beet. Adſum ut paream. Tibi inquam dico ex conſcientia profer argumentum. Palles, ut video: & hoc ipſo me vel invitus laudas. Sed homines non beluam loquentem audiamus. Vos Patavii populus, proceres, & tota ſtudioſorum manus, favete linguis: & votis meis ſubſcribite: nemo negat, vel ſanguine ſigillare contubernalis veteris innocentiam. Sed nec ardua montium morentur. Germaniam adi;

& in

& in eâ illuſtriſſimum Principem Philippum Landtgravium Haſſiæ. Annon noſter inquit es, & à linguâ? Magnum mehercules hoc inſtar: & tibi tenebrioni non umbra ſed nox. Si plura optas: deſcendam ſed ſine fraude mea. Illuſtriſſimus Comes ab Altemps & Galerà Mediolani in aulam ſuam me aſcivit. Cui rei an ——*extantes patinis educere rhombos*? ad aliam ſpem ſumus educati: ſubſtituit in locum Clariſſimi viri Erycii Puteani Profeſſoris eloquentiæ & Hiſtorici Regii in eadem urbe; qui nunc Clar. Lipſii locum implet. Munus mihi fuit à litteris, & facta majorum ſcriptis conſignare. Et factum ex parte; nam ex Italico in latinum quædam à me traducta, in hunc finem. Quanquam ea benignitate erga me uſus Comes, ut me ſocium, & à latere ſemper haberet. Tantum illi converſationis meæ pondus fuit. Et gratias illi debeo immortales: quod munificentia hac uſus ſine cura mea & moleſtiis. Tu mi Puteane, teſtis es; quantum ille moribus meis, quantum ſtudiis tribuerit. Quanto obſequio me abeuntem proſecutꝰ ſit, & abſentem etiam laudibus ornet. At tu ſilentio hæc damnanda putas: quod hiſce tibi ſculponeis impurum illud os batuatur: & cloaca conviciorũ detegatur. Nã æquo lectori, cauſa hæc probata

qui

qui in publicum prodeundi, quà ſcriptis, quà factis, fiduciam nobis facit. Non me fugit, vel hæc ipſa tibi in ſiniſtrum verti; Quaſi res geſtas verbis adornem. *Et non ideò prædicare quia fecerim, ſed feciſſe ut prædicarem.* Neutrum tamen in ſenſum reprobum, ſi fiat, trahendum. Quia hic ratio veritatis eſt; quæ coacta nobis procedit. Cætero qui non ignoramus, *vaneſcere ſæpè ipſo referente, quod tacente magnificum fuiſſet*; Si occaſionis nulla obſervatio eſt. Nam ut ille inquit, *ſi ſilenda feceris factum ipſum, ſi laudanda quod non ſileas ipſe culpatur.* Sed & illis fortaſſis ſordebunt; quibus nil niſi ſuum beatum. Quos rogatos volo, ut hanc & nobis ſimplicitatem condonent: quod præſumtio ipſa jucunda ſit. *Naturale eſt enim* (ut ille ait) *cuique, ut ea quæ quis adeptus eſt, ipſa quam ampliſſima æſtimari velit.* Atqui ego quidem nec extollo virtutes meas; neque vitia depreſſa volo; ſi quæ ſunt. Neque enim famam aut poſteritatis nomen veremur, quod conſcientia nobis immaculata. Nemo tamen adeò à crimine immunis, quem non Zoili alicujus dentes admordeant. Meos ego expertus numero non exiguo. Hoc tamen ipſo fortaſſe felix, quod expertus. ſi modò ille rectè invidiam optavit. Sed & philotheca nobis non parva. In qua tamen multi labrotenus, pauci pecto-

pectore amorem profeſſi. *Nam* (ut inquit Plinius) *profuerunt nobis bonorum amicitiæ & obfuerunt: iterumq; proſunt. Si computes annos exiguum tempus, ſi vices rerum, ævum putes.* Verum præmia in beneficijs ſuo tempore; at ſpongiam oblivionis in malis ſtatim largiri æquum fuit. *Optimum enim, & emendatiſſimum exiſtimo, qui cæteris ita ignoſcit tanquam ipſe quotidie peccet, ita peccatis abſtinet, tanquam nemini ignoſcat.* Vellem utique ſimiliter illi hoc monitum cordi eſſe; qui tam lynceus in alienis, ut in ſuis cæcutiat. Sciret profectò, non foris ſemper, ſed domi ſæpè petendam eſſe veniam; & deberi etiam nugis noſtris,ut à rugis ſuis aliquid remittat,ſi & in ſuis remitti deſideraverit, Nugis inquã: quia revera tales: nec aliter quam per has ad ſeria gradus eſt. Niſi impatiens moræ; habebit fortè olim, in quibus utilius aciem ſuam intendat. Quo nomine epiſtolarum hunc arrabonem præmitto. Hac tamen cautela, ſi vadum expertus judiciorum commodum & opportunum. Secus ſciomachia nobis tutior quam pyrricham hanc ſaltare; tot punctim & cæſim acceptis vulneribus. Atque ita ocij mei ratio conſtabit; & privati exercitij laus. *Multi enim miſera & ingrata imagine induſtriæ ad vilitatem ſui pervenerunt.* Quod an & mihi accidet, his epiſtolijs experimento commodum

viſum. Nobis ſanè in anguſtia noſtrâ, voluntas eximia, par alacritas. utinam plures nobis ingenij & eruditionis dotes! oſtenderemus clarè multis nos prodeſſe velle & poſſe. Sed unico hoc deſtituimur. Hoc tamen fortaſſis eruditioribus exemplum, *ne modeſtia ſuâ aut quiete deinceps ſe operiri aut famæ ſubtrahi patiantur.* Sed & Mæcenate nobis opus, qui vel re vel voce juvet. *neq; enim*, ut ille ait, *cuiquam tam clarum ſtatim ingenium ut poſsit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam commendatorq; contingat.* Quem ſi noſtris adeptus fuero, ſine hoc beatus ero, & aureos montes colam. Quamquam ô! Sed votis meis ſufficiat. Nemo tamen eſt, qui non virtutis notâ, probus vel improbis. Si & ſtudiorũ calculus acceſſit: diligentia in quavis re, ne quidem ignavo culpanda. Tum qui utroque inſignitus ſecuro tramite in amplexus cordatorum ambulat. De noſtris lucubrationibus Italia teſtis; ubi diverſa in diverſo genere exercitia à nobis elaborata. juvenilia hæc non ignoramus: ſpecimen tamen noſtræ erga literas faventiæ declarant; & vel Catonis rugas non exhorreſcunt. Ad fructuoſa verò poſtea, ætas & judicium me traxit. ipſa quoq; quies, commoda Muſis, arriſit. Ex peregrinatione enim tàm longa reverſus, ad intermiſſas Muſas me applicui, quibus talem cultum exhibui,

exhibui, ut vel oculis clarum ſit; menti verò ſanæ non ignorandum. Medica varia dedimus: Quorum quædam in cæmento adhuc ſunt. Sed cum Jove & cœlo puro, ſuâ normâ exædificanda. Neque corvos hiantes illudimus: promiſſi hujus memores præſenti ſyngrapho pollicemur & teſtamur. De reliquis, quæ ſapiens non optet quidē ſi deſint, ſi adſint non contemnat, non adeo excuſſi aut implumes ſumus. Parerga in nobis varia; quæ horis ſuccedaneis laudem, imò & utilitatem habent. Quin & palmam in multis merui; tibi fortaſſis, Mome, invidendam. Sed abi in tuas tenebras Nebulo, unde pedem nunquam exauſpicabis. Bono enim peculio excuſſus es neque alienum fers aut toleras. Tecum inquam mihi ſermo; qui virtutibus aliorum nil ſubtrahis: quod ſuâ trutina eas expendas. Neque vitijs adeò immoraris, quod humanitatis velo, ea operire aſſueviſti. *Vitia enim, qui odit, homines odit*, ut ille ait. Per Muſas ergo, & Præſidem Apollinem, te quisquis es lector, obteſtor, ut candore comite accedas. Et ſi quæ obliquius ſcripta, ea interpretandi normâ corrigas. Incuria ſæpè & oſcitantia hom i-nes agitant. Si abſit malignitas, ſive debilitas excuſandi potiātur. Seriò equidē nemine tango;

niſi eum qui *craſſo infortunio* dignus. Hoc eſt temerariæ linguæ dominum effrenem. Nam cæteros quorum ferax hoc ævum probos ab eruditione & pietate, venerari etiam didici. Artibus enim hic honos debetur: in quibus felices animæ laudis iter affectant, & palmam merentur. Quibus vel ſicubi aberrant, facem præferre æquum judico. Sed & facultatibus, (ut vocant) ſua gloria; in quibus viri magni non pauci; quique cultum ſuum probant vel in levioribus hiſce ſtudijs. Eos omnes nulla mea nota tangit, ſed animi favor & obſequium Nam cæteros adeò non moror, ut & ſcutica dignos proclamem. Diſcant igitur, quid ſui, quid alieni juris, & termini ſit: nec unquam ſine judicio falcem in alienam meſſem immittant. Nam vel Jovi pœnas debebunt,& cum Vulcano fracti cruris damna lugebunt. Neque pluribus excuſo: id unum ſaltem, ut hoc quicquid damus munuſculi benigne lector, æqui bonique conſulas. Epiſtolæ ſunt, hoc eſt, ut vocari ſolent, literæ. Neque aliud hic quæras quam contextum quendam alphabeticum. Nulla hîc cenſura opus; quod melius alibi horæ collocentur. Neque defenſione; quod deditioni proximi ſimus in poſterũ, & manus daturi utut imbelli & ignavo hoſti. Atque hoc compendifaciemus, quod

profu-

profudiſſe tela noſtra, minus pœnitebit. Quod tam longa & tædioſa oratione, factum. In quo vel apud Tutelarem veniam peto: ne mihi ob tantæ ſuppellectilis diſpendium dicam dicat. Plinius quoque exorandus, cui alia in ſcriptis norma placet. A qua quantum aberrarim hinc vide. *Nam materiam*, inquit, *ex titulo cognoſces, cætera liber explicabit. quem jamnunc conſueſcere oportet ut ſine præfatione intelligatur.* De laude porrò? eam nec aveo nec paveo. Dummodo ſcripto hoc quorundam ſibi falſimoniæ conſtent Crœſo ſum beatior. Quanquam & de laude certa ſpes tenet; vel à Bibliopolis. Quorum ſæpè mendacijs ſtudia noſtra commendantur. Nam ut ille inquit,

Laudat venales qui vult extrudere merces.

ita lucri illis, laudis nobis aucupium erit. Quam quidem averſari, extremæ eſt dementiæ; ſi modo quod ille ait, falſa etiam laus delectat, *Niſi tamen* (ut cum Plinio concludam) *auribus noſtris bibliopolæ blandiantur. Sed ſanè blandiantur, dum per hoc mendacium nobis ſtudia noſtra commendent.*

Epilogus.

TIrocinia mea hîc habes, lector: ſed levia, neque ad veterem legem conformata. Nam eloquentiam in foro auſpicaturi adoleſcentes *togam puram* capiebant, & barbam ponebant. De toga, fateor: eam nec de meo nec de publico lanicio mihi aptavi. Nullam enim quæſtuariam lingua mea facit. At de barba: volſus ludius non æquè glaber eſt, atque ego. Et quod magis mireris, nec Volſellâ nec radulâ, *nec ad pectinem*, ſed ad linguæ aciem uſque *admutilatus*. Atque ut augurium video, legi iſti etiam commentum addam. Malè enim mihi metuo

Ut ego hodie raſo capite calvus accipiam pileum.

pileum? imò pilum: quod me pinſat & crebriorem faciat cribro pollinario; aut ſoricina nænia confoſſiorem. Sagum ergo mihi decentius apto, quàm togam: rebus hiſce bellicis ubi ſemper aliqua mala res eſt, quæ me exagitat. Atq; ne neſcias; ad tribunum militarem nuper me viator vocavit; ut alarũ & cohortiũ rationẽ redderem. Ego albis quadrigis citius

non

non eo ſed volo. Atq; adſum, inquam, militiæ noſtræ columen. Ibi ille, Centuriam inquit, non malam nobis inſtruis: ſed quæ titulum, numero militum ſuperat. Cui ego; quid pecco, ſi futuram ſtragem ſubſidiarijs antevertam? ſine damno tamen ærarij publici. nam evocati omnes ſunt aut Volones: quique publicitus ſtipendia merere negant. addo, quod Tumultuarij non pauci, & qui de præda tantùm quadruplari optant; nec ullum Sacramentum militare. Hos ego ſupereſſe appendices, ſalvo tributo publico, facilè fero. Niſi tibi aliter viſum aut Cenſoribus; quos Ærarium quemcunque ex albo noſtro radere cenſeo: & in centum tabulas referre, ut pro capite ſuo, tributi nomine æra pendat. Me quidem non refragante hoc fiet; modo in conſilium hoc etiam admittant. Nam quod Decurias decem mihi admetiuntur, iniquè injuſti ſunt; cum ex Livij calculo etiam minor numerus conceſſus. Nam *ordo*, inquit, *ter ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habet.* Si ergo duos Centuriones, etiam duas Centurias; ſi has, ne ducentos quidem milites ordo habet, nec Centuria centum. Quanto autem liberalior ad veniam, qui excedit numerum, quam qui ab eo recedit! Quid? quod & ratio tolerandi, ſi paria facias.

Nam Tribus pro ſignificatu ſuo tres olim populi partes complectebatur, nempe, Tatienſes, Rhamnenſes & Luceres. Deinceps tres partes ſuperadditæ, Tribus tamen dictæ. Unde primi & ſecundi Tatienſes, Rhamnenſes & Luceres. Plinius autem, quatuor tantum urbanas ſtatuit; Suburbanam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam. Ciceronis ætate 35. Tribus diviſæ. Quarum nomina vide in De Lege Agraria. Tribus tamen dictæ omnes: etſi à primigenio numerus valde aberrarit. Ita ego Centuriam hanc indigito, etſi plures quam pro titulo, milites. Quod tamen modeſtè factum, & parvo extra orbitam ſaltu. At quid dum adeò liberalitatem meam excuſo? ſi commilitium hoc ſuo numero debite inſtructum. Nam Centuriam noſtram Legionarij tantum complent aut Sacramento relegati, ut Triarij, Antepilani, Velites. reliqui extra numerum, numeri ſunt & vel Cauſarij aut Tirones, & quibus nondum ætas militaris. Tympanotribam quoque alibi à latere reperies, aut poſt principia: alibi Mirmillonem & Retiarium. Denique pediſſequium numeroſum; Calones & Lixas, & quotquot operas ſuas popinæ dedicant aut Veneri. Nam internecionem farciunt, quæ corpus corpore alunt. At quo ſigno, inquies, eos dinoſcam? tu cen-

tu cenſeto, atque album tibi tuatim fac, actuari. Tibi ſtomachus veteranum dabit. Novellum & qui centenarium excedet, ex judicio tuo diſtingues: & vel ſciomachia vel pyrricha eos exercebis, ut illis aſſignes pro valoris ſui pretio ordinem & vexillum; aquilam, lupum, minotaurum, equum, aprum. Sed cautio eſt, ut ad diſciplinæ normam hoc facias: ſine ullo odio aut pertinacia; ut tribunum militarem decet. Secus nomen faxo mutabis: & centuriæ æditutus aut carnifex celebraberis. Quod eo dico quando multi virgâ hac cenſoria liberius utantur: neque de emendando ſed infamiæ nota amandando angantur. tuum itaque eſt hac militari via, albo noſtro æquitatem adferre. Non omnes enim Cataphracti equites: ſed & levis armaturæ non pauci: quos nec ocrea nec lorica præpedit. fortè & claudus alibi ſtatariam pugnam probabit. Et quadrupedanti crucianti canterio qui venit, tribuno celerum, ſæpiculè vectoris vitium propriâ virtute & maſculo animo compenſabit. Andabatæ autem, qui clauſis oculis hoſtem ſibi quærunt, riſum ſæpè invenient, vel admirationem fortuna artem dirigente. Nil omni ex parte beatum: cuique ſua mantica in tergo eſt. at incuria ſi homines prævertit, tum ſeriò à venia arcendi. Secus ſi diligentia

INDEX EPISTOLARUM.

A.

Ægydio Burſio epiſtola. 19.
Alardo Auletio. 13.
Antonio Vualeo. 26. 108. 110.
Antonio Viver. 98.
Appollonio Scotto. 18. 34.

C.

Carolo Franciſci 40. 46.
Carolo ab Aluelt 52. 54. 64.
Carolo Bernæ 63.
Cornelio Liens 35. 55.
Cornelio Jani 88.

D.

Davidi Langio 13.
Danieli Heinſio 16.
Davidi Dontreleau 28.
Davidi Gemmæ 87. 89. 94. 97.
Deſiderio Brantio 12.
Diderico Comiti ab Al. S.
Dominico Baudio 2.

E.

E. P. H. R. 113.
Erycio Puteano 56. 59. 62. 65. 67. 69. 71. 79.

Feſto

F.

Feſto Hommio 109.

G.

Gerardo Comio 68.
Gotofredo Cornelij 23.
Guilielmo Carrionio 96.
Guilielmo van Dycke 14.22.30.107.111.

H.

Hadriano Metio 43.
Henrico Brantio & Laure. 24.112.
Hieronymo Campugnano 76.
Huberto Steengracht. 4.

I.

Iſaaco Caſaubono. 5.
Jacobo Grutero filio 10.
Jacobo Grutero 42.49.53.57.608.184.
Jacobo Migrodio 92.
Jano Quintio 39.
Jano Mauregnault 58.
Jano Murdiſonio 83.99.101.105.
Joanni N. filio. 29.
Joanni Hallio 48.
Joanni Ciderico 31.
Jonæ Cauliaco 86.
Joſepho Scaligero 1.
Julio Caſſerio 75.77.

L.

Lelio Palavicino 74.

Digitized by Google

M.

Marcello ab Euerſdyck 15. 21. 25.
Meynardo Schipmanno 33. 36. 41, 47. 51.

N.

Nicolao Olivario. 27.
Nicolao Grito 91.
Nicolao Servio 82. 93.
N. N. 3. 11. 37. 44. 72.
N. Secretario 80.
N. Catzio 32.

P.

Petro Pautino 9.
Philippo Landtgravio Haſſiæ 7.
Probo Gerrartio 77. 20.

R.

Raphaëli Earcano 6.
Regnero Tellio 38. 45.
Regnero Grutera 106.

S.

Sixto Arcerio 98. 100. 102.

T.

Thomæ Herbaio 50. 85. 90. 95.
Thomæ Grutero 66. 104.
Thomæ Byaco 70.
Thomæ Segeto. 73.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google

L'Impri